BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM
ET ROMANORUM
TEUBNERIANA

# PAULI AEGINETAE

LIBRI III.

INTERPRETATIO LATINA

EDIDIT

I. L. HEIBERG

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

# PAULI AEGINETAE

## LIBRI TERTII

## INTERPRETATIO LATINA ANTIQUA

ADIUUANTE
INSTITUTO PUSCHMANNIANO LIPSIENSI

EDIDIT

J. L. HEIBERG
PROFESSOR HAUNIENSIS

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

# PRAEFATIO.

In editione Pauli Aeginetae praeparanda ad interpretationem medii aeui Latinam (cfr. Diels, Die Handschriften der antiken Ärzte II p. 78) deductus sum, qua examinata statui, eam dignam esse, quae ederetur, non tam ut recensendi adiumentum — Graeci enim codices et boni et antiqui exstant plurimi — quam ut documentum studiorum Graecorum medio aeuo in Italia inferiore cultorum. quid de studiis illis, quae non dubito quin cum schola Salernitana aliquo modo coniuncta sint, inde concludi possit, alibi exponere in animo est, si quando otium inuenero; hic de fundamentis rationibusque editionis tantum quae necessaria sunt praemittam. sed ante omnia gratiae mihi agendae sunt summis uiris, qui Instituto Puschmanniano Lipsiensi praesident, quod me in hac editione et praeparanda et typis mandanda largiter adiuuare uoluerunt. etiam uiris doctis qui Monasterio Cassinensi eiusque bibliothecae praesunt, plurimum debeo, qui mihi permiserunt, ut codicem Cassinensem lucis ope exprimendum curarem.

---

Subsidia recensionis mihi ad manus fuerunt haec:

A — cod. Cassinensis 351, membr. saec. XI, scriptura Beneuentana, una eademque manu sed atramento subinde uariante scriptus. etiam quae in margine et inter lineas addita sunt, ab ipso librario pleraque profecta uidentur (u. infra) praeter numeros nonnullos capitum, qui manu recenti adscripti sunt. ii nostris ita respondent: V = VI nostro, X = XII, XI = XIV, XII = XV, XIII · I = XVI, XV — XVII = XVII — XIX, XVIII = XXI, XIX — XXIV = XXII — XXVII, XXVI — XXXI = XXII — XXXIV, XXXII — XXXVI = XXXVI — XL, XXXVII — XXXX = XLII — XLV, XLI = XLVII. ceteri numeri a manu prima sunt: I — IV = nostris II — V, VI = VII, VII

— VIIII = IX — XI, XLII = IL, XLIII = LI, XLIIII = LIII, XLV = LVII (XLVI deest), XLVII — XLIX = LXI — LXIII, L (postea add.) = LXIX, LI = LXX, LII — LIII = LXXIII — LXXIV, LIIII = CXVII, LV = CXXXII (LVI deest), LVII (in mg.) = CXLVI, LVIII = CLIX, LVIIII = CLXI, LX = CLXII (LXI deest), LXII (in mg.) = CLXXIV, LXIII = CLXXV, LXIIII = CLXXVII, LXV = CLXXX, LXVI = CLXXXII, LXVII = CLXXXIII, LXVIII = CLXXXV, LXVIIII = CLXXXVIII, LXX = CLXXXIX, LXXI = CXCI, LXXII — LXXVIII = CXCV — CCI, LXXVIIII (etiam in mg.) — LXXXII = CCIX — CCXII, LXXXIII — LXLII = CCXIV — CCXXIII, LXLIII (etiam in mg.) = CCXXVI, LXLIIII = CCXXVII, LXLV = CCXXXV, LXLVI — LXLVIII (etiam in mg.) = CCLI — CCLIII; praeterea ad cap. XXI nostrum in mg. est XIII. cum neutra harum numerationum sibi constet, praetuli de meo numerum adponere, ubicunque in codice A titulus rubro colore pictus esset. numeratio antiqua cum indice praemisso concordat. in prima enim codicis pagina hoc fragmentum indicis exstat hic illic detritum:

deest igitur in principio codicis unum folium. et etiam in extremo codice nonnulla perierunt; desinit enim fol. 55$^{v}$ in p. 201, 11 (similiter), qui defectus iam aderat, cum index ille capitum scriberetur; is igitur ab ipso librario additus est e titulis codicis desumptus (cfr. errores in XLV et in numeris inde a XL).

B — cod. Vatic. Lat. 4461, membr. saec. XIII, una manu scriptus; manus recens quaedam correxit et titulos in mg. repetiuit; numeri capitum omissi sunt.

praeterea in cod. Cantabrig. Coll. Jesu 44, membr. saec. XIII, fol. 2$^{v}$ — 4$^{v}$ initium huius interpretationis (p. 1—10,5) exstat. nullius est momenti, sed, ne quid desit, hic collationem dabo orthographicis omissis (numeros non addit capitum):

p. 1, 1 cura 3 et primum de allopicia et toffia siue caluitio 5 arentes humidis] uirides aliene a se] sunt asei 11 habundantes conuicientes 14 fuerit yera 15 et] *om.* flegmatici 17 autem] â *supra scr.* qui] *corr. ex* quid' 21 fuerit origonum ysopus 22 utend' (*sic saepius*)

p. 2, 1 et] etiam 3 localis cura] *om.* 5 peristereon 6 tritura 13 piper] *om.* erusimi] et ursini *supra* eusomi *add.* id est eruce 16 medicamentum] *om.* 17 passiones medicamentum 19 *supra* chichini *add.* id est oleum de galla 21 et] *om.* 24 noui

p. 3, 1 caluitium 2 siccos 3 tertiam partem 7 serua] et serua 9 *supra* politrici *add.* id est capillaris herbe 10 cum] cum uino et 11 peristereon 16 xixti (*bis*) politrici 17 vratyos] brate *supra add.* id est sauina 20 in] *om.* et semen altee] *om.* 22 qua 25 albe] *om.* hysereos, *supra add.* id est pumicis 26 cyricon, *supra add.* id est maruce minam

p. 4, 2 minam semis 3 minas 4 minas scisse (*recte*) 5 *supra* comeos *add.* id est gūesamceruce *supra* brionie *add.* id est cucurbite 8 *supra* porfire *add.* id est oetocille 9 mirtheolo speratos 15 *supra* strobilion *add.* id est pini

fructus 17 blete 18 adianti 25 *supra* onicos *add.* uermis 26 extra sit] extorque 27 sucus] *om.*

p. 5, 8 cineras 10 III partem 13 deinde] et cooperimenti 18 ablue 19 inunge] et inunge 21 IIII] III

p. 6, 1 *supra* structii *add.* caulis siluestris et] *om.* 4 *supra* stipterea *add.* id est alumen *supra* sandaracum *add.* id est auripigmentum 6 lexiua] in lexiua 8 sandaracum 10 fenugreco 13 conbustum *supra* balaninum *add.* de glandibus simul] *om.* 14 saponem] saponem quoȝ 16 eritri gallarum] *om.* I et ϛ] et dimid' celidrium 17 politricu — 19 II] *om.* 19 mittes 22 humectum

p. 7, 2 *supra* flomi *add.* id est barbascum 4 taurocolla 6 de pitiriasi] et ptiriasi 7 ptiriasis et] *om.* 9 circa caput] *om.* 10 et] aut 11 utendum] utendum est 13 *supra* libanotum *add.* id est thus 15 feclis mirabolanus stafisagrie 17 habuerit ptiriasis 19 *om.* 20 sydrachia 22 uero] *om.* medicaminibus curantur 23 psimithu 25 oleo] et oleo

p. 8, 3 psimithu[1] 5—6 *om.* 7 et] et inde prius] *om.* 8 utere] ablue. *supra* melantiriam *add.* id est git 10 *om.* 11 passiones 12 acora 13 redditur sanies 14 que uocatur kyrion 15 humorem 17 boni] hii boni 21 *supra* facu *add.* id est lenticule 24 *supra* xirion *add.* id est sicca uero] uero hac 25 hac] *om.* *supra* perdiciadi *add.* id est pitaxia 26 litargiri pigani 27 VIII] IX.

p. 9, 4 *om.* 5 rosarum] rosarum ana ÷ IIII ana ÷ IIII] ȝ II 8 *om.* 9 siccas rotundas] et rotundas 10 rubeas] *om.* 11 uero] *om.* 12 calchantos 13 cum] et calcis 16 *om.* 17 *supra* ( )issini *add.* id est terra calcis 18 et sine] in fine 20 in] *om.* 23 *om.* 25 et] uel

p. 10, 3 *supra* cedria *add.* id est gm̄ cedri liquida — aut] *om.* 4 agriam stafidam] staphisagriam.

ceteri codices Latini, qui Paulum continere dicuntur, a nostro opere alieni sunt.

Cod. Bamberg. L III 6 (976) saec. IX ipsum non uidi; sed Parisiis exstat apographum eius Darembergii causa anno 1860 confectum, quod examinaui, cod. Paris. Lat. 11217.

continet f. 1—$31^r$ opuscula de aegritudinibus mulierum, quibus initium deest (*inc.* aut nescio qua illa legem nascendi cause fuerint, f. $13^r$ explicit de pessis, f. $14^r$ incipiunt cura omnium causarum matricis, XXVIII capita, quorum primum est „ad mamillarum dolorem"), f. $32^r$ indicem LXXII capitum, f. $34^r$ „incipit liber fisicum medicinale" (cap. I ad capitis dolorem, *des.* f. $66^r$ ab omni tali periculo emendatur et persanatur. explicit liber fisicum medicinalis), f. $67^r$ indicem LI capitum, f. $69^r$ „incipiunt antidota medicinalis et confectiones" (*inc.* I antidotum diospoliten, *des.* $131^r$ mel dragmas deca uino falerno), f. 132 indicem capitum, f. $136^r$ „incipit liber Pauli" (*inc.* ad purgationem capitis. oportet diu permanente capitis dolore, II ad catarron, VI ad ulcera in capite manentia, VII ad alopicias. pellium uiperarum, LXXXVIII ad colera uentris. est uitium malum, *des.* f. $343^r$ et intermisso uno die iterum triduo facis).[1])

Cod. Paris. Biblioth. Arsenal. Lat. 867 (nomen Pauli in codice non legitur), f. 1—72 practica Platearii, f. 73—170 liber Passionarii, f. 171—235 (alia manu sine columnis) liber Constantini, f. 236—245 medicamenta nonnulla (*inc.* capillis ex raritate cadentibus cutis inspissetur, *des.* resolue et utere alli| ), f. 246—263 Hippocratis Aphorismi, f. 264—265 (binis columnis) fort. finis Platearii.

Cod. Vindonic. 175, f. 3 incipiunt capitule de totius corporis dolore (capp. LIIII), f. 41—$45^r$ medicamenta nonnulla (f. $45^v$—46 uacant), f. 47—$94^r$ in hoc libro chronicorum hoc est tardorum cet., f. $94^r$—$99^v$ incipiunt per dietis Teodori capitula,[2]) f. $99^v$—$101^r$ de pessis Cleupatre, f. $101^r$—$104^r$ cura omnium causarum matricis (capp. XXVIIII), f. $104^r$ —$106^v$ fisicum medicinalis de iunicia (*inc.* menstrua adducere, *des.* sed medio temperate ipse concipiunt), f. $106^v$ incipit

1) Est opus non indignum, quod examinetur; nam e Graeco fonte translatum est (cfr. f. 316: Todiatessaron epaticis).

2) Cfr. V. Rose, Theodori Prisciani Euporiston libri III (Lips. 1894) p. XXI. sunt XX capita; f. $97^v$ incipiunt capitula (X) de iuniciis; f. $99^v$ explicit liber Tevdori.

de liber Pauli (*inc.* ad mamille nucleolos et ad dolorem dactulum, *des.* f. 108$^{v}$ cum uino mixto per dies X et VII et securus eris), f. 108$^{v}$—124$^{v}$ XCI capita de medicamentis, f. 124$^{v}$—126$^{r}$ de olei confectione, f. 126$^{v}$—130$^{v}$ confectio saponis Constantini (f. 131$^{v}$ uacat), f. 132$^{r}$—133$^{r}$ confectio trociscorum, f. 133$^{r-v}$ confectio puluerum, f. 134$^{r}$ (post indicem LXVIIII capitum) liber Prosclauconi secundum Aurelianum de positione membrorum omnium interaneorum (*inc.* ne ignorans quispiam medicus).

---

Si naturam rationemque glossarum interlinearium et uocabulorum Graecorum in margine adscriptorum consideraueris, facile credideris, codicem A ipsum autographum interpretis esse; sed rem ita se non habere demonstrant loci haud ita pauci, ubi cod. B meliora praebet, uelut p. 3, 20; 5, 5; 29, 15; 40, 22; 47, 4, 22, 24; 48, 28; 49, 11; 51, 16, 27; 53, 7; 54, 5; 55, 16; 57, 6, 25; 58, 4; 59, 8; 77, 17; 88, 21; 89, 6; 142, 4 cett. (cfr. etiam loci, quales sunt p. 41, 11, 13; 46, 2, ubi error, qui ab auctore interpretationis committi non potuit, in A postea correctus est; p. 50, 18 antigraphum codicis A legi non potuit). codex B igitur ex A descriptus non est. sed utrumque ab eodem antigrapho pendere, adparet ex erroribus satis multis et stupidis, ut p. 3, 16; 18, 23; 20, 5; 29, 14; 30, 20; 44, 20; 48, 27; 51, 5; 54, 1, 21; 66, 4; 67, 28; 68, 1; 78, 6; his enim locis dubitari nequit, quin error in Latinis demum ortus sit nec ad codicem Graecum interpretis referri possit, quod in lacunis communibus p. 117, 10 (*non* om. ante *nata*); 178, 23 (post *malacticis*); 193, 12 (ante *maxime*) excludi non potest.[1]) et commune archetypum compendia habuit (nam litterae *n* et *m* in utroque codice saepe falso et adduntur et omittuntur, cfr. p. 168, 18, et

---

1) Etiam interpolatio p. 173, 11—14 sine dubio e Graeco archetypo sumpta est. sed p. 184, 2 post *durus* ab ipso interprete omissa sunt *πρὸς λόγον τῆς πείσεως*, credo, quia non intellexit, p. 192, 8 *μίξις δὲ ἡ ἐξόπισθεν δοκεῖ πρὸς κύησιν συμφέρειν*, quia uerecundiam eius offendebant.

u. p. 8, 17, 26) et scriptura Beneuentana utebatur (p. 162, 12 *a* et *t* permutatae in A, in B p. 8, 4, *a* et *et* in A p. 39, 12, *a* et *ti* in B p. 58, 13); glossis etiam instructus erat (p. 10, 7, 11, 12; 22, 23; 24, 24; 27, 27; 29, 26; 32, 7, 13; p. 39, 10; 52, 15; 98, 18 glossa in A suo loco seruata in textum illata est in B; cfr. etiam cod. Cantabr. ad p. 2, 13; 3, 17; 6, 1, 13). Graeca quoque uocabula in A in mg. adposita (non habet B) ab ipso librario simul cum textu ex antigrapho transsumpta sunt. nam primum idem prorsus genus scripturae est, quo utitur librarius in uocabulo *καθετιϱισμω*, quod p. 134, 21 in textu reliquit; deinde color atramenti cum textu uariat, et p. 32, 10 *γλυκυσιδισ* eodem prorsus atramento scriptum est, quo *picra* p. 32, 7, quod testibus codicibus AB iam in archetypo supra scriptum erat; praeterea pleraque uocabula Graeca eodem colore flauo inducta sunt, quo tituli capitulorum. et Graeca a librario suo Marte addita non esse, id quoque testimonio est, quod interdum non suo loco collocantur (u. p. 194, 22), et quod haud raro ad formam Latinam (p. 113, 25; 123, 8) aut alio modo (p. 102, 13; 118, 25; 139, 6; 162, 12) corrupta sunt, etiam ubi textus ueram formam uocabuli habet (p. 97, 13; 101, 3; 144, 14; 149, 6), sicut hoc quoque fit, ut Graecum uocabulum recte traditum sit, textus uero codicis A corruptus (p. 139, 17; 162, 12; 174, 14; 198, 18; cfr. p. 192, 5). cum p. 76, 16 in mg. recte scriptum sit *αδενων*, A et B uero in errore *ademon* conspirent, concludendum uidetur, archetypum eorum commune ipsum autographum interpretis non esse (cfr. p. 103, 14; 197, 7).

sed quidquid id est, hoc pro certo adfirmari potest, Graeca illa uocabula in mg. plerumque adscripta ad ipsum interpretem referenda esse, qui ea ex eodem codice Graeco, quo in interpretando utebatur, petiuit, ubicunque de sententia dubitabat, aut uocabulum Latinum non statim in mentem ei uenerat. hoc inde concludi potest, quod errores, imprimis orthographici, qui in textu occurrunt, saepe etiam in Graecis uocabulis adnotatis redeunt; u. p. 68, 8 (uerum est *σικύον*); 70, 5 (*πτύγμα*), 18 (*μυωπιάσεως*); 81, 11 (*ἔφηλιν*), 13 (*λεκίθου*),

24 (ἀπόψυκτρον); 85, 20 (κύτινοι); 94, 3 (βρόγχου); 96, 5 (ὄνων); 98, 23 (ἀναστόμωσιν); 100, 7 (δηλητηρίων); 115, 12 (λεκίθους); 133, 4 (καρπήσια); 157, 15 (ὀνίσκων); 164, 16 (αἰδοικά); 184, 7 (κατασχασμοῦ); 186, 24 (ὡς καρωτίδας); 189, 15 (ἐρύσιμον); 192, 5 (κύτινοι).[1])

etiam adnotationes Latinae magna ex parte eius generis sunt, ut ab interprete ipso de Graecis uerbis reddendis dubitante profecta esse possint, uelut uarii interpretandi conatus p. 7, 8; 10, 7, 11; 20, 2, 21; 21, 5; 25, 27; 26, 24; 29, 3, 26; 32, 13; 42, 12; 110, 5; 141, 21; 170, 26 et explicationes p. 21, 22; 22, 13; 39, 16; 52, 15; cfr. etiam p. 63, 24, ubi *id est rystica fac̄* a prima manu sunt (*id est fluere* add. m. post.),[2]) et p. 27, 27; 162, 12, ubi explicatur sententia uocabulorum Graecorum. ceteri autem loci plurimi, quibus additur interpretatio Latina uocabuli Graeci in textu seruati, interpreti ipsi tribui nequeunt; is enim sine dubio Latina in textu, non supra scripsisset. et pleraque additamenta eius generis (*id est*) manu posteriore scripta sunt, ut p. 2, 5, 6, 11; 5, 17; 6, 1, 13; 8, 25; 9, 17; 11, 5; 14, 21; 19, 3; 20, 8; 23, 4; 24, 3; 41, 20; 134, 21; 146, 27 al. sed etiam, si quando a manu prima sunt, ut p. 144, 26, ad librarium codicis A referri possunt.[3]) is enim opus suum recognouit et nonnulla correxit, uelut saepissime in uocabulis Graecis *h* addidit, quod primum in litteris χ et ϑ reddendis neglexerat (u. uerbi causa p. 61, 12; 62, 2; 82, 3; 83, 23; 86, 9, ubi a glossis Graecis adscriptis correctionem sumere poterat; sed idem multis aliis locis sine hac ope idem fecit); sed etiam alia menda sustulit, ut p. 1, 15, 16; 2, 19; 6, 23; 7, 4; 33, 6; 163, 18 al., et lacunas expleuit (p. 88, 8; 97, 19; 127, 13; 141, 24; 153, 22; 160,28; 180, 4; 185, 18, quae omnes in B non exstant); p. 166, 9 in antigrapho litteras *s* et *f*

---

1) Nonnulli horum errorum etiam in nostris codd. Graecis inueniuntur.

2) Exempla tantum posui, et ea quidem, ubi manus prima manifesta est.

3) P. 2, 5 *id est uerbene* librario ipsi debetur, quem correxit m. post.

pro certo distinguere non potuit; p. 31, 15 sero intellexit, $\Theta$ numerum esse.

iam supra significaui, codicem A etiam manu paullo recentiore correctum esse. quae plerumque scriptura uulgari, non Beneuentana, utitur; sed distinctio ideo difficilis est, quod interdum duae illae scripturae miscentur. quibus hic utor exemplis, in iis manum posteriorem sine dubitatione agnosco. ea igitur primum lacunas[1]) expleuit, quae in communi archetypo codicum AB iam ortae erant, p. 26, 15; 32, 24; 34, 9; 35, 18; 38, 27; 44, 1; 80, 7; 83, 10; 122, 3; 161, 11, aliasque, quae in solo A exstant, p. 31, 17; 110, 8; 134, 2; 158, 23; 173, 12; 175, 1; 200, 13. sed eadem alios quoque errores communes codicum AB bene emendat, uelut p. 6, 1; 30, 23; 39, 22, 25 al.; quas emendationes aut ex alio exemplari interpretationis aut e codice Graeco eum sumpsisse necesse est. et codicem Graecum eum habuisse, ex emendatione p. 120, 5 adparet (ἐπὶ ταύτης ἀτονούσης τῆς γαστρός); quare ueri simile est, eius ope etiam cetera, quae enumeraui, eum emendasse. sed idem interdum, quae ei displicuerant, suo arbitrio mutauit. eius generis sunt u. c. mutationes falsae p. 1, 8; 17, 28; 19, 10; 30, 14; 33, 11; 34, 14; 35, 15, 18; 36, 25; 39, 18; 130, 23; cfr. additamenta p. 60, 10; 129 17; 178, 8. sed etiam ipse librarius codicis A similia commisisse uidetur p. 26, 19; 42, 12; 129, 12; 162, 10; 171, 13; 175, 20; 192, 7 (cfr. p. 27, 14; 39, 25; 146, 24); quare correctiones arbitrariae eo modo factae, ut manus dignosci nequeat (ut p. 1, 9, 20; 7, 16; 9, 11; 18, 20; 21, 13; 22, 16; 26, 7; 27, 13; 29, 19; 31, 16; 35, 12 al.), posteriori illi pro certo adtribui non possunt.

cod. B ut posterior[2]) ita deterior multo est; omni genere

---

1) P. 155, 14; 171, 1, 2; 184, 20; 188, 20 singula uerba uel lacunae maiores a manu prima suppleta uidentur. quod si ita est, librarius aliud antigraphum uel codicem Graecum consuluit, quod etiam de p. 80, 26; 152, 18; 162, 18 ualet; nam his locis B in errore conspirat. p. 117, 5 interpolatio, quam omisit B, in archetypo in mg. fuit, sicut nunc in A est. cfr. p. 101, 24.

2) Signis numeralibus Arabicis utitur p. 7, 24; 63, 15 al.

mendorum scatet maximeque in Graecis monstra uocabulorum procreat. quae omnia in adparatu notaui ad illustrandum, quo ignorantia linguae Graecae progressa sit. ceterarum discrepantiarum orthographicas tantum nonnullas, uelut quae ad *u* et *v*, *c* et *t* pertinent, omisi, in paulo grauioribus admonito lectore. pars ultima operis a p. 201, 11, quae solo codice B nititur, pessime habita est et mendis et lacunis (p. 206, 2, 14; 207, 18; 208, 11, 25; 212, 13, 14). etiam B suas glossas habet, ut p. 24, 12; 25, 6; 28, 2; 30, 11, fortasse ex antigrapho desumptas. errores interdum coniecturae falsae debentur (p. 140, 22; 142, 15; 155, 7; 162, 18; 168, 1). lineolae, quibus p. 172, 19 ex *aru* factum est *arii*, manu recenti adpositae sunt, et similiter scriptura uera corrupta est p. 160, 19; 169, 23; 184, 14; 194, 20; 196, 7.

Fundamentum recensionis est A, quem, quoad fieri poterat, ubique secutus sum, etiam in rebus orthographicis, quamquam parum sibi constat, ita tamen, ut in uocabulis Graecis formam ad ueram proxime adcedentem praetulerim; nam parum credibile est, eam in B a librario emendatione restitutam esse. ceterum falsas uerborum formas non adtigi, quia sermonem barbarum interpretis conseruare uolui; et cum codices Graeci, quos contuli, saepe orthographiam corruptissimam habeant, multa eiusmodi monstra sine dubio iam in Graeco codice interpretis orta erant, uelut p. 64, 7 *στρωγλίτιδος*, p. 174, 21 *χιον* (pro *λεῖον*) in A enotatum etiam in nonnullis codicibus nostris sunt. retinui etiam scripturam *utende* (pro *utendum*) et similia;[1]) nam quamquam fieri potest, ut ex compendio, *utend'* interdum in B seruato (p. 30, 8 al.) orta sit, tamen non prorsus negare audeo, iam ipsum interpretem, qui librario codicis A non multo antiquior est, tam barbare locutum esse. in A semper scribitur *timpus* (*κρόταφος*)[2]) praeter

---

1) P. 12, 15; 17, 12; 20, 11, 20; 27, 9; 100, 26; 109, 24; 110, 5; 118, 20; 119, 4; 131, 10, 12, 24; 155, 8, 12. saepius postea correctum est in A; in B nusquam reperitur. fortasse etiam *utamus* p. 46, 19, 22 retineri potest.

2) P. 11, 1; 17, 3; 54, 6, 7, 27; 55, 10; 65, 10; 69, 21. *timporalia* p. 26, 17.

p. 69, 6. quo modo compendia $\bar{\imath}$ et $\bar{u}$ resoluenda sint, saepe incertum est (cfr. p. 77, 9), et in uocabulis uel dirimendis uel iungendis (cfr. index s. v. *dia*) eadem est dubitatio. interpunctionem de meo posui. in indice uocabula Graeca iam antiquitus in linguam Latinam communem recepta plerumque omisi.

Restat quaestio de tempore et genere interpretationis, quam hoc loco pertractare nolo. hoc tantum addo, si supra recte statuerim, Graeca uocabula in mg. adscripta ad ipsum interpretem referenda esse, interpretationem saeculo IX antiquiorem non esse. nam quamquam Graecarum litterarum formae fortasse in describendo paulum mutatae sunt, tamen genus ipsum scripturae sine ullo dubio seruatum est. quae scriptura est minuscula saeculorum IX—X cum accentibus (uelut p. 36, 16; 102, 13, 16; 144, 14; 186, 13), spiritu (⊢p. 100, 1), compendiis tachygraphicis (*καί* p. 164, 16. -*ον* p. 27, 8; 30, 13; 93, 7; 105, 18; 113, 22; 153, 8; 157, 15; 173, 1; 179, 27; 189, 15, 25. p. 144, 26; 195, 11 lineola litteram *ν* finalem significans deformata uidetur; cfr. p. 83, 22. scripturae, quales sunt *ετνο* p. 93, 7; 97, 15; 177, 15; 187, 26, ex compendio $^o$ ortae sunt, quod p. 120, 11 seruatum est). interpretatio igitur circiter saeculo X facta est, sine dubio in Italia inferiore. cum hoc tempore concordat et sermo semibarbarus interpretis et ratio Graecae linguae tractandae; uerbum enim uerbo reddit et saepe errores ridiculos committit. ex magna exemplorum copia haec tantum adfero.

p. 48, 11 *πομφόλυγας*] ampullas.

p. 120, 24 *ἧσσον δὲ στομάχου ἅπτεται*] extrinsecus stomacho apponitur.

p. 155, 24 *ἢ Θεοδώρητος*] aut theodoriton.

p. 159, 3 *μυρσινάτου τὸ ἀρκοῦν*] mirsina hoc sufficit.

p. 176, 22 *ἡλιώσεσι τρίψεσι*] fricationibus in sole.

p. 180, 6 *ἐπὶ τῇ διὰ χειρουργείας ἐκκρίσει τοῦ πύου*] ad ea que apta sunt ad egestionem putredinis cirurgia.

p. 184, 17 *μετὰ οἴνου Μενδησίου*] cum uino quidem dissio.

p. 188, 5 et sinipide] *καὶ σίνηπι δέ*.

quamquam sine dubio multi errores uitiis codicis Graeci, quem ob oculos habebat, aliquatenus excusantur. quod *ana* (*ἀνά*) etiam numero non addito pro eo quod est *equalia* utitur (u. index), id in hoc genere litterarum iam diu receptum erat (u. V. Rose, Theodori Prisciani Euporiston libri III p. 496).

Scr. Hauniae Kal. Febr. MDCCCCXII.

**I. L. Heiberg.**

## CORRIGENDA.

| | | |
|---|---|---|
| p. 7, 24 | *scribendum* | uiridium |
| 49, 15 | ,, | acuitur |
| 64, 6—7 | ,, | amoniaci thimiamatos |
| 75, 10 | ,, | ciprino |
| 77, 20 | ,, | ODORATVS |
| 82, 6 | ,, | terebintina |
| 87, 10 | ,, | autem |
| 90, 1—2 | ,, | decoctione ysopi |
| 90, 2 | ,, | gliquiritie, ficuum |
| 110, 23 | ,, | comota |
| 111, 8 | ,, | oxicrato |
| 146, 6 | ,, | idesion |
| 147, 1 | ,, | si |
| 151, 17 | ,, | fastidium affert. |

# PAVLI LIBER DE CVRATIONE EGRITVDINVM PARTIVM TOCIVS CORPORIS.

## I. DE ALOPITIA ET CALVITIO.

Quemadmodum plantarum quedam quidem humoris indigentia corrumpuntur arentia, quedam uero humidis alienis a se, ita et in capillis fieri accidit. propter indigentiam enim humorum caluitium natum est fieri, propter malitiam uero humorum allopitia et offiasis figura solum differens, quoniam similis serpenti lesa apparet pars, allopitias uero ex eo, quod frequenter uulpibus fiat hec passio, nominauerunt. ex colore igitur pellis habundantem conicientes humorem per catharticum prius medicamen utemur euacuatione et deinde localibus curabimus adiutoriis. si igitur in nigrius aut albius color conuersus sit, per iera antidotum purgamus, quod est et flegmatis et melancolici humoris purgatorium, si uero in pallidius, ex aloe cataputias dabimus, uniuscuiusque autem horum scripturam in sermone, qui est de conpositis medicaminibus, inuenies. post euacuationem uero totius corporis gargarismo utendum non semel sed multotiens ex aceto et sinape et melle. bonum uero, si infusum sit aceto et origanum aut gliconum aut thimus aut ysopum. et in aliis uero circa caput passionibus eadem utendum cura primum habundantem euacuantes humorem aut per purga-

2 partium tocius corporis] A, totius corporis partium B. 3 De — caluitio] B, *om.* A. 8 osfiasis B. differens] B, *mut. in* differentes A. 9 allopitias] *mut. in* allopitiam A, allopithias *corr. ex* allophias B. 10 nominauerunt] A, *mg.* B; nominatur B. 12 catarticum B. 14 iera] A, gera B. 15 humoris] B, *supra scr.* A. 16 uniuscuiusque] B, *corr. ex* unicuique A. 20 sinape] B, *mut. in* sinapi A. 21 *Supra* gliconum *add.* id est pulegium A. thimus] B, timus A. ysopum] B, isopum A.

tionem aut per flebotomiam, si et sanguinis sit habundantia, deinde sic ad localem conuertere curationem.

## II. DE ALLOPIZIA LOCALIS CVRA.

Nitro aspergens et linteo aspero et magis laneo extergens et confricans usque ad ruborem peristereoni in sole cum aceto trita inunge, aut alcionium asperimum incendens et soluens cum oleo de lucerna inunge, aut calami radicem aut corticem amigdale amare urens oleo aut axungie ursine conmiscens inunge. mediocria igitur hec, fortiora uero, que ex euforbio et tapsia et adarce oleo laurino resoluta aut liquida pice. Aliter. Echinorum marinorum concas urens cum axungia ursina conmisce et unge prius nitro aspergens locum. Aliter. Piper, ouini stercoris sicci, erusimi, eusomi seminis ana ʒ IIII, ellebori albi ʒ III, soricum stercoris ʒ IIII conmisce felli taurino aut ircino aut porcino.

## III. MEDICAMENTVM DE TAPSIA AD CRONICAS PASSIONES.

Euforbii, tapsie, laurini ana ÷ I, sulfuris uiui, ellebori ana ÷ I et ς, cere et laurini aut cicini ueteris olei quod sufficit, in fortioribus et cardamomi, alquionii conbusti ana ÷ I. non solum ad allopitiam sed et ad omnem cronicam facit infrigdationem. ubique autem aspersione nitri prius et confricatione utendum in allopitiis, et sepius radantur. plures enim gnoui per solam confricationem et frequenter abrasionem capillos produxisse.

1 si et] *corr. ex* sis et A, si B. sanguinis] A, *mg.* B; sanguis B. 3 alopitia B. 5 peristereoni] A, peristereo B; *supra add.* id est uerbene (*del.*) id est columbaria nēr A. 6 *Mg.* alcionium id est plumbum uelut spongia marina cuius V sunt species, tamen inueniuntur in litore maris A. 10 ptasia B. 11 Echinorum] -chi- *supra scr.* A, equinorum B *Mg.* echinus est semipedalis piscis qui in maxima tempestate adheret inmobilis naui A. urens] A, *corr. ex* urendum B. 13 stercoris] B, *corr. ex* stercori A. eusomi] A, et eusomi B; *supra add.* id est eruce A. 14 III] *euan.* A, II B. 16 pthapsia B. 18 ptasie B. 19 ueteris] B, *corr. ex* uteris A. 21 alopitiam B. 23 confricatione] B, *corr. ex* confricationem A. 24 noui B.

## IV. AD CALVITIA ET CAPILLORVM AVGMENTVM.

Leporum uentres siccans accurate frige in uase fictili, ad hec accipe tertium mirti summitatum, acacie fructus et suci, cinosbati equaliter, adianti ÷ III; omnia hec tere et cerne subtili cribro, deinde addens axungie ursine lib̄. IIII et focis tantundem contere et reponens in pixide plumbea serua, in oportunitate uero misce cuiuis odoramento.

## V. DE CVSTODIA CAPILLORVM.

Politrici partem I, ladani partes II uino et mirtino oleo admisce et utere. Aliud. Anemonis florem terens cum oleo inunge. hoc ipsum uero et denigrat. Aliud. Peristereonam rectam cum eius radice siccans et terens cerne subtili cribro, ut glutinosam habeat pinguedinem. in uas ereum repone, et quando liquefactum fuerit, utere pro oleo similiter.

## VI. AQVA AVGENS CAPILLOS ET DENIGRANS.

Aque pluuialis xexti et ru alexandrini xexti III, politricu, vratyos ana ÷ IIII, ladani, mirti, coloquintidos sicce ana ÷ I, sine infundi in uase uitreo per dies XX mouens bis in die cum spatula tedina, insequenti uero intinguens in aquam utere in unoquoque die. et semen altee in balneo fricatum conseruat capillos et auget. similiter autem et oleum inunctum, in quo elixatum est aut conpositum ipsum semen altee.

## VII. EXTENVANTIA CAPILLOS.

Ficus foliorum, vitis agrestis albe corticum, kisereos, testarum ciricon, terre cimolie, ana mnam I, omnia mittens

---

1 caluitia] A, caluitium B. augmentum] B, *corr. ex* aumentum A. 2 siccans] B, *corr. ex* siccas A. 3 hec] A, hoc B. tertium] A, tenerimi B. 6 focis] B, fecis A. 9 Politrici] A, *corr. ex* politria B. laudani B. 10 aliū B. anemonis] A, *corr. ex* anenonis B; *supra add.* id est papaueris A. 16 et ru] A; *corr. ex* eru B, *supra scr.* uel ceru; *scribendum* VI, ru. politricum B. 17 vratyos] A, vrathos B; *supra add.* id est sauina A. laudani B. 19 intingens B. 20 in (*pr.*)] B, *om.* A. 26 terre] there B. mnam] *corr. ex* minam A, minam B. mittens] mittes B.

in nouam crudam ollam et luto inuoluens coque in furno et tere apponens afronitri mnam ς, gallas umfacinas XXX, et soluens utere. Aliud. Afronitri mnas VII, kisereos conbuste mnas IIII, stipteree cisse, yreos sicce, mirti agrestis nigri, comeos, brionie radicis ana ʒ IIII, thermon crudorum machinatorum sucum quartam partem. utere securus.

## VIII. AD FLVENTES CAPILLOS.

Aloe cum uino nigro austero inunge aut porfire opercula cum oleo cocta aut mirram et ladanum cum uino et mirtino aut sparathos conburens in testa solue cum oleo; inunge prius radens.

## IX. CRISPOS FACIENTIA CAPILLOS.

Prius perfricans caput spondilii radice unge capillos cum puro uino. Aliud. Radens caput et fricans accipiens strouilion recentem conbure, donec fiat cinis, et ponens in uas solue superinfundens mirtinum usque ad mellis spissitudinem et sic unge caput. Aliud. Mirtorum et bete equalitate utere cum oleo fricans, gallas XX, adiantus ʒ II, unge ad mellis spissitudinem prius fricans capillos urina aut cinere et abluens calida aqua unge medicamine per dies II. habentem autem hoc tertia die et lauare et siccantem ungere mirtino. hoc rursus et crispam et nigram facit comam; crispior autem erit, si prius radens unxeris.

## X. CONSERVANTIA CAPILLOS ET DENIGRANTIA.

Olei umfacini xistia III, nardostachii ʒ I, onicos aromatici, squinanti ana ʒ IIII, coque cum oleo, et extra sit, acacie sucus ÷ I uino dissoluta et distemperata studiose.

---

2 afronitri] *corr. ex* fronitri B. minam B. 3 Aliū B. minas B. 4 minas B. stiptere B. ygreos B. mirti] B, mirte A. 5 nigri] B, *corr. ex* nigre A. *Supra* thermon *add.* id est lupini A. 9 mirra B. 12 Cr$^{i}$spos A. 13 perfricans] *corr. ex* fricans B. 14 Aliū B. 15 strouilion] *euan.* A, stroulion B. 17 Aliū B. mirchorum B. 19—20 aut cinere aut urina B. II] B, duos *mut. in* V A. 25 *Supra* umfacini *add.* oliue amare A. nardostacii B. 26 coque] A, aque B.

quando uero olei tertium remanserit, hoc coletur, et miscens acacie repone in ydriam et utere ungens cotidie. Aliud. Nucum uiridium corticis, prini radicis ana ÷ III, vini nigri xistia III, coque ad tertiam et exprimens misce oleo mirtino xistio uni utens cotidie.

## XI. AQVA DENIGRANS CAPILLOS.

Galle xistion I, ru uirsudexicu xistia II, mirtorum nigrorum xistia II, cipressi foliorum tantundem, cinnaras grossas, papauerum suffumigatorum tantundem, aque de lacu xistia XII, prius infundens multos dies coque ad tertium, deinde inunge prius abluens. et siccatos capillos inunge cimolias et calcem equaliter; in suco bete coctas dissoluens inunge, deinde desuper pone operimenti gratia bete folia, et quando sufficienter steterit, abluere in balneo.

## XII. AD RVFOS CAPILLOS TINGENDOS ET RVBEOS FACIENDOS.

Accipiens mirre partem I, alosanthus partem I, solue studiose et faciens glutinosam spissitudinem prius abluens caput inunge medicamine et sine nocte et die et tunc ablui precipe. Aliud. Lupinos crudos cum aqua inunge. Aliud. Lithargiri ʒ I, cretice terre ÷ IIII, calcis uiue ÷ II, in aqua faciens glutinosam spissitudinem inunge et apponens bete folia post II aut III dies ablue.

## XIII. AD CAPILLOS NIGROS RVBEOS FACIENDOS.

Fecem uini mittens in aquam fluentem de balneo et faciens pinguedinem ceroti inunge, quando uis dormire et

---

2 Aliū B. 5 uni] *corr. ex* uno B, uini A. 7 xi$^{s}$tia A. 8 crossas B (*ut semper*). 11 et siccatos] A, exiccatos B. 13 desuper pone] A, supone B. 17 alosanthus] A, *supra add.* id est salis flos; adlosanthus B. 19 et die] A, *corr. ex* die B. 20 Aliū B. Aliū B. 21 lithargiri] A, lit$^{h}$argi B. ʒ I, cretice] A; triti ʒ I creace B, *mg.* ʒ I. 24 rubeos faciendos] *mg.* B, rubeos facie$^{s}$ A, faciendum rubeos B. 25 aqua fluente B.

in mane. Aliud. Ciperi folia infundens in suco strucii et utere infusione.

## XIV. TINCTVRA AVREA.

Stipterea, sandarace ana ʒ VI, croci ʒ II, tapsia, qua tinctores utuntur, quam Romani herbam rubeam uocant, ʒ VIII, cineris lexiua ʒ IIII, coque cinerem et tapsum simul tritum, et quando medium reliquum fuerit, exprime humorem et cum hoc dissolue stiptercam et sandaracam et crocum, deinde mitte in uase uitreo, in usu uero cataplasma prius abluens. cum uero inbiberit, ablue fenogreco et ordeo et cimino prius aqua lauans tepida, quantum sufficit, apponens et saponis quod satis est.

Fecem uini conbustam et oleum balaninum simul comiscens inunge capillos. Aliud. Saponem gallicum cum aqua distempera per unumquodque balneum. Aliud valde bonum. Ru erithru xisti I et ς, gallarum lib̄. I et ς, celidriu ÷ II, erbe auree, quam Romani rubeam uocant, ÷ II, politricu manipulos II, absintii manipulum I, lupinorum decorticatorum ciathos II, aque xistia VII, omnia mittens in uas uitreum sine infundi diebus VIIII mouens bis in die. in usu uero trahens, quod sufficit, et hoc spongiam infundens frica capillos et humectans sine inbibere. cum uero siccati fuerint, ablue sapone calida aqua soluto.

---

1 Aliū B. *Supra* strucii *add.* caulis agrestis A. et] *supra scr.* A, *om.* B. 3 Tinctura] B, tintura A. 4 tinctores] B, *corr. ex* tingtores A. 6 ptasum B. 9 cathaplasma B (*ut uulgo*). 10 fenugreco B. 13 balaninum] A, *supra add.* id est glandinum; balsaminum B. 14 inuge B. Aliū B (*ut saepius*). 15 valde bonum] B, *supra scr.* A. 16 xisti] A; *lac.* B, *mg.* xistia. *Post* ς *ras.* A. celidriu] B, celidrium A. 17 erbe] A, herbe B. 18 decorticaticatorum A, *sed corr.* 19 ciathos] B, ciatos A. 21 et] B, et *supra scr.* ex A. frica] B, *corr. ex* fricans A. 22 bibere B. uero] A, ergo B. 23 ablue] B, *corr. ex* albe A.

## XV. AD CAPILLOS ALBOS FACIENDOS.

Flomu albe florem ures et aceto solue et misce in ungentum. Aliud. Flomu fructus, stipterea, rafanorum corticis ana ʒ I tere et misce taurocollon ʒ IIII.

## XVI. DE PASSIONIBVS, QVE IN PELLE CAPITIS FIVNT. DE PITIRIASI.

Pitiriasis subtilium et furfureorum corporum ex superficie capitis et reliqui corporis est generatio sine putredine. fit autem malo humore habundante circa caput aut flegmate salso aut colerico et melancolico sanguine. post euacuationem igitur totius corporis, ut dictum est, utendum subscriptis. cimoliam prius infundens aqua misce bete sucum et sine, donec siccetur, deinde abluens solue libanotum cum uino et oleo et inunge, sequenti uero staphisagriam cum oleo inunge. Aliud. Nitri sfeclis, mirobalani ana lib̄. I, stafisagrias lib̄. ς, uino illa soluens ablue caput; si uero aliud corpus pruritum habeat, siccum; ad humidiores uero pitiriasis muria ablue aut lupinorum apozima. huius experimentum habe multum.

## XVII. AD PSYDRAKIA ET EXANTIMATA CAPITIS.

Psydracia quidem sunt parue eminentie uesicis similes eminentes in superficie, exanthimata uero in superficie ulcera sunt subrubea et aspera. utraque uero curantur medicaminibus suppositis. litargiro, psimithiu ana ʒ IIII, stipterea, pigani foliorum uridium ana ʒ II, aceto et mirtino oleo soluens inunge. Aliud. Piganum, stiptercam soluens

---

2 flomu] *corr. ex* flomum A, flomū B. ungentum] B, *corr. ex* ungente A. 3 stiptera B (*ut saepius*). raphanorum B. 4 et] B, *supra scr.* A. taurocollon] *corr. ex* taurocolon A, taurocolon B. 5 pelle] A, p̄tes B. 6 ptyriasi B, *mg.* ptiriasi. 8 *Supra* generatio *add.* uel liquefactio A. 12 cimolia B. 14 staphysagria B. inunge cum oleo B. 15 mirabol̄ B. 16 ablue] B, *mut. in* ablues A. si] *corr. ex* s A. alium B. 17 pithiriasis B. 19 psidracia B. 20 psidracia B. 21 exantimata B. 23 psimithiu] B, psimitiu A. IIII] 4 B. $\overset{ti}{\mathrm{sptera}}$ B. 24 *Ante* II *del.* 4 B.

cum melle unge prius radens caput. si uero recedit capitis cutis, oliue folia cocta cum melle in cataplasma pone. Aliud. Litargiri, psimitii ana ʒ XII, sulfuris uiui ʒ VIII, ceroto mirtino admisce.

## XVIII. AD EA, QVE IN CAPITE FIVNT VLCERA SPISSA ET RVBRA, EX QVIBVS SANIES FLVIT.

Prius radens caput et aqua et nitro prius abluens sulfure uiuo cum urina humana utere, aut melantirian cum aceto inunge.

## XIX. DE ACORIS ET KIRIIS.

Earum, que in cute capitis fiunt, passionum est, que uocatur acor, subtilibus ualde foraminibus cutem perforans, per que sanies redditur glutinosa. similis uero ei passio secundum formam est, quam uocant kirion, quoniam foramina habet maiora humoris, qui est similis melli, continentia ad similitudinem fauorum apum. generatio autem his ex salso flegmate est. cibentur igitur boni humoris esca semper acrimonie et salsamenti abstinentes et maxime, si ex flegmate fit passio, et post conpetentem superfluitatis euacuationem radens capillos fomenta bis aut ter aut sepius in die aqua calida in elixatura mirti aut facu aut rubi. ungenta uero cimolia terra aut cretica aut samia aut pomfolix aut spodium aut litargiros aut catmia aut carta conbusta aut ex carta xirion, omnia cum aceto. unctione uero utendum est hac: sulfure et perdiciadi herba et sapone equaliter. conposita autem hec: lithargiru partes XVI, piganu foliorum ʒ VIII, stafisagrie ʒ IIII, chalcanthu ʒ II aceto et mirtino

---

3 epsimitii B. 4 cereco murano B. 8 *Supra* melantirian *eras.* id est interioris pellis rasa A. 9 inunge] B, *corr. ex* unge A. 10 kiriis] A, riris B. 15 habet] hn̄t B. 17 igitur] A, ergo B. 19 conpetenter B. 22 pomfolis B. spondium B. 23 cathimia B. 24 utedum B. 25 *Supra* perdiciadi *add.* id est paritiria A. 26 autem] A, uero B. lithargiru] litargiru A, lithargiri B. piganu] B, pigani A. 27 chalcanthu] *corr. ex* chalcantu A, calcanti B. II] B, *corr. ex* III A.

glutinosum faciens inunge. Aliud. Sandicos, mirre ana ʒ IIII, sulfuris uiui ʒ II, mannis ʒ IIII, cum oleo ueteri inunge sanie fluentia ulcera aut molipdenam soluens cataplasma.

### XX. AD AQVORAS ALIVD.

Humidas scabies. Rododafnis, rosarum, sulfuris uiui ana ÷ IIII, picis liquide, picis sicce ana ÷ III, cere ÷ VI, olei mirtini quod satis est. in pueris uero lacte soluens inunge.

### XXI. DE SYCIS.

Sycas appellant lesiones ulcerosas rotundas subduras rubeas, quas sequitur et dolor. nascuntur autem hec plurimum in capite, et si in alio uero corpore. bonum in his medicamen stipterea scissa et calcu anthos assum et taurocolla equalia cum lepidos calcu duplicans. terens autem cum aceto inunge. bonum autem et menidum capita conbusta et bulbi elixati et fauilla cum aceto mixta.

### XXII. AD CAPITIS ET BARBE FICVS RVBEAS XIRAFION.

Missios, chalciteos ana ʒ II et ς, lepidos calcu ʒ I, stipterea scisse, ʒ I, balneato inpone largiter desiccatorium et sine, sequenti uero die rursus abluto abstergens superpone; cadit enim sanies pinguissima. et rursum idem fac in sequentibus. sine cicatrice paucis diebus sanabitur. conpetit autem non parum hoc medicamen.

### XXIII. AD PEDICVLOS IN CAPITE.

Lupinorum infusione elixatorum in aqua fricari precipe aut staphisagriam aut sandaracam et utraque soluens cum

---

1 *Supra* sandicos *add.* id est rubeum A. 2 inuge B. 3 melipdenam B. 4 Ad — aliud] A, *om.* B. 5 radodampnis B. 8 sicis B. 9 *Mg.* XIII A. sicas B. 11 uero] AB, *del.* A. 16 rubeas] B, rubeos A. 17 Missios] A, *supra scr.* id est genus eris; mil$^{l}$ios B. chalciteos] A, *supra scr.* id est terra ex qua fit es; calciteos B. 19 supone B. 25 stafisagriam B.

oleo ueteri aut aceto superunge et pipere pauco, ut non exulceretur, cum oleo aut edere suco cum melle aut sinopide cum aceto aut cedria aut liquida pice cum stiptiria aut bacarum lauri expressione aut oleo rafanino. ego agriam stafidam cum aceto et oleo soluens et ungens semper effeci.

## XXIV. DE KEFALALGIA.

Cephalalgia, que est pessimorum casuum, aliquando quidem in qualitate distemperata solum fit, aliquando uero et propter humorum habundantiam, sed aliquando et propter utrumque, est autem et quando propter efficientem causam precedentem velut adustionem exteriorem aut frigiditatem aut ebrietatem aut percussuram. vehementissime igitur cefalalgie secundum uehementes fiunt qualitates et maxime calorem; que uero propter siccitatem, uehementiam non similiter habent; humida uero qualitas omnino est sine dolore quantum in ipsa, excepto si non cum calore aut frigiditate aut multitudine humorum existens contingat. de cefalalgia igitur, que fit in febri, in libro de febribus dictum est, de aliis uero nunc dicimus.

## XXV. DE HIS, QVI DOLENT CAPVT EX ADVSTIONE.

Eorum, qui ex adustione caput dolent, et cutis calida tactu et siccior statim apparet secundum primam appositionem, et oculos rubeos habent, gaudent uero et frigidis aspersionibus et unctionibus et adiuuantur per ea. curatio autem his congruit quidem et que in dolentibus caput ex febri dicta est; perseuerante autem cefalalgia utendum sub-

---

2 hedere B. 3 stiptera (re *supra scr.*) B. aut — 4 expressione] *bis* A, *sed corr.* 4 baccharum B. raphinino B. 5 stafidra B. effeci] *corr. ex* effici A, effici B. 6 cefalargia B. 7 *Supra* pessimorum *add.* uel difficillimorum AB. 11 p̄p̄cedentem B. uelud B. adustione B, *sed corr. Supra* exteriorem *add.* uel extrinsecus A, *idem mg.* B. 12 percussuram] A, *supra scr.* uel plagam; percussura B, *mg.* uel plaga. 13 cefala'gie *mut. in* cefalargie B. 14 uehmentiam B. 17 contingit B. 18 cefalargia B (*ut saepius*). febre B. 22 appositionem] *corr. ex* oppositionem B. 24 *Supra* aspersionibus *add.* uel haustibus A. 26 febre B.

scriptis cataplasmatibus. conueniunt fronti et timporibus mixta panis cum aceto puro et roseo, est quando cum amigdalis aut rosis aut siccis aut mollibus aut cum idiosmo cum glicono mixtis aut pane cum persici foliis. facit et ozimum solutum cum aceto et roseo aut edere corimbi cocti in aceto soluti uero roseo aut erpulli cum aqua elixature mixta triticea farina aut cardamomum siccum et resolutum aceto et roseo aut fermentum cum roseo aut yris sicca cum aceto; frequenter autem mutetur unumquodque eorum.

## XXVI. TROCISCOS AD CEFALALGIAM IN CALIDA DISTEMPERANTIA.

Croci ʒ V, chalcantu ʒ X, stiptereas ʒ XVI, murre ʒ VII, omfacii, calciteos, comeos ana ʒ III, uini austeri quod sufficit, utere cum oxicrato. si uero et insomnietas adsit, et ex ypnoticis aliquid adiunge.

## XXVII. DE HIS, QVI EX FRIGIDA DISTEMPERANTIA CAPVT DOLENT.

His, qui ex adustione caput dolent, e contrario se habent signa eorum qui ex frigiditate; et enim tumida et pallida est eorum facies, et frigidis neque gaudent neque ab his adiuuantur. confirmat autem et horum dieta et cetera adiuncta cognitionem. unctio igitur sit piganinum aut laurinum aut irinum aut nardinum aut et balsamu gutta, et maxime si et crassiores et glutinose superfluitates sint. oportet autem ungere eum in fronte et hoc et quecumque

---

2 mixta] AB, *mut. in* mixtus A. puro et] et puro B. 3 admigdalis B. ydiosmo B. 4 cum (*pr.*)] aut cum B. 5 et — 6 aceto] *om.* B. 5 *Supra* corimbi *add.* id est cime tenere A. 7 cardamomum] B, cardamum A. 10 Ad] B, $a^{d}$ A. 12 calcantu B. mirre B. 14 insompnietas B (*similiter semper fere*). 17 dolent caput B. 22 cognitionem] B, *mut. in* cognitione A. 23 yrinum B (*ut saepius*). aut et] *corr. ex* aut A, et B. balsamu] *mut. in* balsami A, balsami B. 24 crassiores] $\overset{c}{g}$rassiores A, crosiores B. glutinose] *corr. ex* glitanose B. 25 hoc et] h$\overset{e}{o}$c B.

de pipere et euforbio conficiuntur, dare uero et uinum tenue et motione uti precipere et balneis calidis et aliquando ex rafanis uomitu. in quibus uero qualitas est sine plenitudine perseuerans, utere et hoc medicamine: pipere albo, crocomagmatos ana ʒ II, euforbii ʒ VIII et ς, stercoris columbini ʒ I et ς, aceti acerrimi quod satis est; inunge partem, que patitur, prius perfricans locum.

## XXVIII. DE HIS, QVI EX COLERICO HVMORE CAPVT DOLENT.

Signa quidem proxima his qui ex adustione, aduenit autem eis et mordicatio amplior et pallor faciei et aliquando oris amaritudo. etatibus autem magis augmasticis et temperantiis calidioribus et uita sollicita et his, qui coleram multiplicant rubeam, hec passio consueuit accidere. balneis ergo bene temperatis et ungentis et aquosa potione utende, et omnis dieta humidior et euchimos accipiatur. euacuandum uero colericum humorem absinthii infusione aut ex aloe aut ipsa picra antidoto secundum se ipsam aut cum pauca scamonea aut per catapotias aloes. superinungendum autem frontem aut crocodi trocisco aut trigono aut aliquo similium.

## XXIX. DE EA, QVE EST SECVNDVM CONPASSIONEM, CEFALALGIA.

Siquidem toti corpori conpatiatur caput, huic prius prouidendum et ad distemperantiam et ad occupantem materiam resistentes, et siquidem fuerit plenitudo et maxime secundum uenas flebotomabimus, si uero magis qualitas, cathar-

---

3 raphanis B. 4 utere] A, *corr. ex* uti B. croco macamatos B. 6 que] B, *corr. ex* quē A. 7 prius] B, *supra scr.* A.

11 mordicatio] B, *corr. ex* medicatio A. 12 au$^{g}$masticis B. 13 his] A; *om.* B, *mg.* hiis. 15 utende] A, *mut. in* utendus *et deinde in* utendum; utendis B. 17 absinthii] B, absintii A. 18 pigra B. 19 cataputias B. superinungendum] B, superungendum A. 20 aliquo] *corr. ex* aliquod B. 21 secundum conpassionem] B, *corr. ex* conpassione A. 24 ad (*pr.*)] B, *supra scr.* A. occupantem] hoccupantem A, occupatam B. 26 catartico B.

tico utemur medicamine, si uero parti conpatiatur, ut epati aut uentri aut stomacho, hec adiuuandum, calida quidem in eis subiecta distemperantia panem ex aquoso uino concedentes et ex grossiore farina sorbitiones et exterius mediocriter infrigdantes et confortantes embrocas, ut superius dictum est. si uero propter glutinosos et pingues humores, qui in stomacho continentur, caput doleant, et hos expellamus oximelle bibere concedentes et simplum et Iuliani et hec que de ysopo et origano et his adhuc calidioribus, et ex rafanis uomitu utendum et embrocis calidioribus et cataplasmatibus.

## XXX. DE EA QVE EX VINO CEFALALGIA.

Siquidem indigestum uinum adhuc maneat, precipere uomere aqua potatum tepida; si uero et post digestionem caput dolent, infrigdantibus et apocrusticis utemur, sicut est roseum et secundum se et cum aceto aut suco edere aut crambe; et ipsa folia crambe infusa calida et circumposita capiti et ligata naturaliter agunt contra ebrietatem, oportet autem et comedere elixatum crambin. et lenticula hos adiuuat et maxime eos, qui humidiorem habent uentrem, et alica et roias et mala et apium edant et aqua potentur.

## XXXI. AD EA QVE EX PERCVSSVRA.

Ex percussura uero caput dolentes, si non omnino in superficie uulnerati sint, flebotomemus ilico et embrocis in capite utamur et oleo dulci infundentes et lanis circumuoluentes illud et uino eos et escis grossioribus abstinentes et maxime, si febricitent, et omne quasi ad flegmonen neruo-

---

2 uent$^{r}$i A. hec] hoc B. 4 crossiore B (*ut semper fere*). 9 hec] *corr. ex* hoc B. ysopo] B, isopo A. 10 raphanis B (*ut semper fere*). uomitum B. 13 u$^{i}$num A. 14 di$^{g}$estionem A. 15 caput] ẹṭ caput B. doleat B. *Supra* apocrusticis *add.* uel repercussoriis A. 16 hedere B (*ut saepius*). 17 et (*pr.*)] A, aut B. 21 troias B. 24 uulnerati] B, *corr. ex* inuulnerati A. sint] A, $\bar{s}$ B flebotomamus B, *sed corr.* 27 ad] *om.* B.

sorum et maxime miningum adaptemus. si uero et uulnus factum sit, et hoc conuenienter curemus.

## XXXII. MALAGMA AD CEFALALGICOS.

Cere ʒ VII, amigdalini olei ÷ III, terebentine ʒ VIII, ioy xistu, cimolias, chalciteos ana ʒ IIII, kissereos ʒ III, calcu kecaumenu, lepidos calibis ana ʒ II. si uero uidebitur durius esse, amigdalino mollies.

## XXXIII. DE CEFALEA ET EMICRERA.

Harum passionum utraque permanens est capitis dolor, acuitur autem et ex crepitibus et clamoribus et splendido lumine et uini potione et replentibus caput odoribus. uidentur autem percuti caput, hi quidem totum, hi uero secundum alteram partem, quos et emicranicos nominant, et quibus quidem dispositio intus est cranii, dolor ad oculorum radices peruenit, quibus uero extrinsecus, circa ipsum cranium dolent. igitur cum grauedine dolores plenitudinem declarant, cum mordicatione uero aut humorum aut fumorum acredinem, qui uero cum pulsu, flegmonen, qui uero cum tensione, siquidem sine grauedine et pulsu spiritus tenuis et inflantis, plenitudinem, si uero cum pulsu, flegmonen imenodis corporis, si uero cum grauedine, plenitudinem intra ymenos retentam, si uero alicubi et putridus humor calidior fiat, et cum febri caput dolent; febricitant autem omnino et propter flegmonen dolentes. plectorico igitur toto existente corpore uenam incidere adtendentes uirtuti et cli-

---

1 minigum B, *mut. in* miringum. adaptamus B. 4 terebentinē B. 5 ioi B. *Supra* xistu *add.* id est rasi A. calchiteos B. cissereos B. 6 calcubre caumeni B. calibis] B, cabilis *mut. in* calkis A. 8 emicrera] A, emigranea B. 9 utraque] B, *mut. in* utrarumque A. 10 clamoribus] *corr. ex* damoribus B. 11 hodoribus B. 12 autem] B, *supra scr.* A. hi (*alt.*)] *mut. in* hii B. 13 emigranicos B. 14 cranei B. 15 craneum B. 19 siquidem] *om.* B. 21 imenodis] *corr. ex* menodis B; menodis A, *supra add.* id est membrane. 22 intrat B. 23 autem] *supra scr.* B. 24—25 existente toto B.

steribus uti acrioribus; si uero habundare adhuc sanguis uideatur, et in naribus aperientes uenam euacuandum eos, quantum sufficiens esse uidebitur, deinde geram acutam dandum et postea utendum his, que deponunt flegma, et his que per nares euacuationibus per sternutamenta, velut est elacterii sucus cum lacte infusus et siccum elacterium insufflatum et ciclaminis sucus et porri; conposita uero hec.

## XXXIV. STERNVTAMENTVM AD CRONICAS CEFALALGIAS ET OBTALMIAS ET EPILEPTICAS.

Melantii ʒ VIII, salis amoniaci, elacterii ana ʒ IIII, terens misce sicionio oleo aut irino aut ciprino, ut cirotarii habeat spissitudinem, et tange nares.

## XXXV. STERNVTATORIVM.

Ciclaminis sicci ʒ VIII, nitri rubei ʒ IIII, si uero pro nitro elacterium inmiseris, adhuc melius, insufflata cum calamo; utere autem et epithimate in capite et unctionibus in cronicis his.

## XXXVI. EPITHETON AD KEFALALGIAM.

Yrini ungenti, peucedani, castorei ana ʒ I, dafnidum ʒ II, pigani cimarum ʒ IIII, misce cerotario rodino et radens caput superpone ei toti. mulier uero quedam in hemigranicis hoc utens mirabiliter operabatur: radicem agriu siciu uiridem in minima contundens et absinthium elixabat in ydroleo usque ad siccitatem et ydroleo quidem calido mediocriter infundebat patientem particulam, radicem uero et absinthium terens ualde cataplasmabat eam, et hoc solo et

---

3 quantum] qui cum B. geram] *corr. ex* ieram A, yeram B. 8 Starnutamentum B. 9 obtamias B, *mg.* obtalmias. epiliptica B. 10 elacterii] B, elaterii A. 11 yrino B. cerotarii B. 13 sternutamentum B. 17 his] A, bis B. 18 Epitheton] A, *supra scr.* id est proprium; epitīton B. kefalalgiam] kefalalgia A, cefalargiam B. 19 peucedani] B, peucidani A. 21 emigranicis B. 22 agriu] B, *corr. ex* agrium A. siciu] *corr. ex* sicide A, sicui B. 23 absintium A. 26 absintium A.

cum febre et sine febre hemigranicos curabat. si uero paroxismus superueniat maximus, ita ut non possit ferre dolorem, utere et his, que paragorizare possunt, uelut hoc.

## XXXVII. CRISMA AD CEFALEAM.

Gutte peucedani ʒ XVI, opii miconis, anisi, iusquiami, croci, murre, scamonee ana ʒ II, aceto misce et fac trociscos; in necessitate uero cum aceto aut oxicrato inunge propter pingues humores aut spiritum uentositatis dolentes et dropace et sinapismo. utendum autem et trocisco de tapsia et eo qui de atramento scriptorum; est enim mirabile in eadem causa. quo utendum in his, sicut in libro de conpositis dicetur. et hoc mirabile ad emigranicos propter pinguem et glutinosum humorem: euforbii partem I, castorei tantundem, miscens aque inpone in aurem in parte, que dolet, et in balneum intrare iube et paululum perfricantes ita id accipere et lauari consuete. ita quidem probatum est. non incongruum uero et in oleum ea resoluentem instillare in aurem. et ea, que ad sciaticos descripta sunt, multo tempore caput dolentes et emigranicos perfecte mitigant.

## XXXVIII. AD EMIGRANEAM KRONIAM.

Scordi ʒ IIII, cere, axungie ueteris ana ʒ II, cantaridum ʒ II, uespere cataplasma inponens sine pernoctare, mane uero abiciens uesicam cum humidis medicare. Dafnidum decorticatorum, pigani foliorum ana ʒ II, napyos ʒ IIII, aqua dissoluens cataplasma. his uero, qui ab humidis causis molestiam patiuntur, utilissimum est, ita ut multotiens semel inunctum ante balneum citius sanet passionem, ita

---

1 et sine febre] *supra scr.* A. emigranicos B. 4 cefaleam] B, cefalea A. 5 peucedani] B, peucidani A. XVI] *corr. ex* VI B. miconisi B. anisi] B, anissi A. 6 croci B, $\overline{cc}$ A (*ut saepe*). mirre B. et] *supra scr.* B. 10 tapsia] B, ptassia A. 16 lau$^{a}$ri A. 17 non] hoc B. uero] *mg.* B. istillare B. 20 mitigant] *corr. ex* inungant B. 21 cronicam B. 25 napios B. 26 aqua] *corr. ex* aque B. 28 citius] cicius A.

ut post balneum sanus fiat omnino, hoc. Olei sabini lib. I, cere ÷ III, euforbii ÷ I, hoc inunge mediam partem frontis et timpus. in quibus uero non multa frigiditas est, galle et crocomagmatos tantundem uino resoluens inunge; his uero, qui a calida fumositate caput dolent, ne afferas ea que de euforbio.

### XXXIX. PURGATORIUM KEFALEE ET EMIGRANEE.

Napios resoluti aceto et melle ÷ IIII, stafisagrie, peretri ana ʒ IIII, terens et cernens misce et in sole comoue. si uero propter colericum humorem aut aliquam distemperantiam cefalea perseuerauerit, his, que prius in cefalalgia dicta sunt, utende. permanente uero et post hec dolore et neque uentosis neque sanguissugis pretermissis, submissa uero per arterias ebullitione, non incongruum et eas que post aures arterias incidere; in humidioribus uero et naturalia balnea bene pretermittuntur.

### XL. DE FRENESI.

Frenesis flegmon miningum est aliquando quidem et in ipso cerebro flegmonem habente, aliquando uero preter naturam caliditate constituta in eo. causa uero egritudinis aut sanguis habundans aut colericus humor, aliquando uero et rubea colera incensa in nigram transmutata, quando et pessima frenesis fit. est quando et diafragmati conpatiens cerebrum per dispersos in eo neruos passionem sustinet. que uero secundum acumina ardentium febrium et que secundum conpassionem stomachi consistit paracopi non frenesis est sed hoc quidem solum desipientia. consequitur autem proprie freneticos uigilie quidem uniuersaliter, est uero

---

4 crocomacmatos B. 5 auferas B. 7 cefalee B. 8 resoluti] *corr. ex* soluti B. 12 utende] *mut. in* utendum A, utere B. dolore] *corr. ex* dolere A, dolere B. 18 miningum] *mut. in* miningarum A, *in* miringum B. 19 habentem B. 20 caliditate] *corr. ex* caliditatem A, caliditatem B. constitutam B. 23 diafracmati A. 24 substinet B. 27 sed] B, *supra scr.* A. 28 uigilie] B, uigile *mut. in* uigila A.

quando et turbatus somnus, ut exurgant et exiliant et clament intercise, qui quidem propter sanguineum humorem cum risu, qui uero propter rubeam coleram cum animositate, sicut et qui propter nigram, et maniose et sine habitudine; obliuiscuntur autem et eorum que dicuntur et eorum que fiunt ab eis et oculos sanguineos habent et fricant aliquando quidem arentes, aliquando uero lacrimantes aut lipientes, et lingua aspera fit, et a naribus sanguinis defluxiones fiunt, et pilos euellunt et quasi clauos extraunt et febricitant acute per totum egritudinis tempus in profundo ex mala consuetudine nidificante febre et pulsus paruos et siccos habent cum quadam duritia, et suspirium et magnum est et rarum cerebro prius patiente. si uero secundum conpassionem frenum frenesis fiat, et respiratio inequalis est et ypocondrie quasi auelluntur, et caliditatem multam habent, quemadmodum eis propter cerebrum ea, que circa faciem sunt, calida et subsanguinea et plenas uenas habentia. si uero et flegmaticus humor admixtus fuerit colerico, quemadmodum causam ita nunc et nomen possedit conpositum; agripnon enim coma appellatur, uniuersaliter quidem colerico dominante humore, frenesin enim patiuntur hi tales insomnietatem patientes, flegmatico uero intercise deorsum feruntur. antiquiores uero Galieno habens hoc appellabant.

## XLI. CURATIO.

Si uirtus permittit, flebotomare a cubito statim et frequenter auferre. si uero desipiens qui laborat non dederit manum aut etsi dederit indigens flebotomia, ne post euacuationem percutiat manum, eo quod intercise turbatur

---

1 quando] q̅m̅ B. 2 saguineum B. 6 fiunt] A, sunt B. 7 quidem] uero B. 8 a] *om.* B. rĕfl$^{u}$xiones B. 14 conpassionem] *corr. ex* conpositionem B. frenum] *om.* B. 15 ypocondrie] B, ipocondrie A. quasi] *supra scr.* B. auelluntur] B, *mut. in* euelluntur A. 20 enim] AB, *del.* A. 22 hii B (*ut saepius*). 23 feruntur] uero furuntur B. uero] B, *supra scr.* A. Galieno] galicḥo A, gallico B. 28 etsi] *corr. ex* si B. 29 percutiat] *supra scr.* B.

laborans, eam que in fronte est incidentes rectam uenam semel sufficienter auferimus et clisteribus utemur et his que ex idroleo aut roseo cum suco ptisane enemasin. insomnietate uero manente roseo aut oxirodino caput ungemus; est quando calida perfundentes ipsum aqua et diacodion medicamen dabimus, si non uirtus debilis prohibeat, et alia uero ex his, que prius dicta sunt, huc transferendum. iaceat autem laborans in loco lumen et temperantiam mediocriter habenti et uariis quibusdam carentem picturis; turbant enim tales; in quem aliqui dilectorum amicorum introducantur et oportune se habeant aliquando quidem mansuete alloquentes, aliquando uero et increpantes austerius. cibus uero primum quidem sit mellicratum, deinde uero sucus ptisane et que ex grossiori farina sorbitiones cum aliquo dulciorum potuum ut de melle aut ydrorosati aut rodomili aut dulcis ydromili; nam de kiuira uinosum ydromilum, quod in paruis uasis fertur, proibendum deteriores uino lesiones in talibus operans et maxime in his que secundum caput, et ante digestionem infusum ex aqua panem concedamus et intubas et thridacinas elixatas. si uero multus feruor sit et cruda, hec dandum et siciu interionem et pepones et doracinum. ab aqua uero frigida hos prohibendum, maxime si ex conpassione frenum causam passionis inueniamus. si uero urina eis, ut conuenit, propter desipientiam retineatur, facientes calorem infundamus calido ydreleo subuentrale et uesicam et deinde per inpositionem

2 semel] *om.* B. 3 ptisane] B, tipsanæ A. *Supra* enemasin *scr.* id est infusione clisteri A. 9 mediocriter] *om.* B. 10 *Ante* tales *ins.* hos A. 11 *Supra* se habeant *add.* uel adsint A. 13 primum] *corr. ex* primus B. 14 et que] *bis* A, *sed corr.* 15 ydrorosati] B, idroṣrosati A. 16 ydromili] B, idromili A. 17 ydromilum] idromilum A, ydromilium B. prohibendum B. 20 thridacinas] A, *supra scr.* id est lactucas; cridacinas B. elixatas] B, elixata A. 21 hec] hoc B. 22 et doracinum] A, *supra scr.* id est persicorum; adurticinum B. prohibendum] *corr. ex* prohibentes B. 24 inueni[a]mus B. eis] *corr. ex* eīs B. conuenit] B, *mut. in* euenit A. 26 yd[o]leo B.

digitorum manus secundum locum incumbentes conuertamus ad minctorium. Vngamus uero calido oleo reliquum corpus eorum iacentium; etenim in inmobilitate conpetenter custodiantur, siquidem ualde diuites aliqui fuerint, tenti a pueris, si uero non, uinculis astricti. abscindens enim est uirtutem inordinata motio. et propter aliam causam uinculis pedes ligentur prius perfusi et palpentur perfricationis causa. si uero diuturnior et insolubilis fiat passio, a narcoticis abstinendum. addere uero embrocis capiti diaforesin facientia aut idiosmi sucum aut erpilli aut calamentis aut pigani, et sternutatoriis utende. post VII uero diem si flegmonen habent uiscera, his que de lini semine et omiliseos in ydroleo cataplasmatibus ea paragorizabimus, deinde et uentosas uacuas apponamus eis et in occipitio et in dorso. si uero corpus et siccum et ardens considerans et si febricitent, balneis utendum de dulci aqua et ungento abundantiori et uinum dandum tenue ad confortationem uirtutis, nullo modo respicientes eam que ex eo fit extasin; aut enim non fit declinatione existente aut et facta facilius recedit. crescente uero declinatione et oscillis utende et conpetenti uectatione. freneticorum autem assumtiones faciendum obseruantes ebrietates, iras, ciborum corruptiones, ante omnia uero solis ardores.

---

1 conuertamus] *om.* B. 2 minctorium] A, *supra add.* uel minctura; micitorum B. calido] B, *corr. ex* calida A. reliqum A. 4 fuerint aliqui B. 5 uinculis] A, in uinculis B. abscidens A. enim est] A, est enim *corr. ex* enim B. 7 palpentur] A, *supra add.* uel atractantur; paupentur B. perfr[i]cōīs B. 8 *Supra* narcoticis *add.* id est opiatis A. 9 diafforesim B. 10 ydiasmi *mut. in* ydiosmi B. herpilli B. pigani] *corr. ex* pigdon B. 11 utendum B. VII] *supra scr.* B. dies B. 12 *Supra* omiliseos *add.* id est semen fenu greci A. idroleo A. 13 ea] *corr. ex* e B. 14 apponemus B. dorso]-s- *corr. ex* o A. 15 considerans] AB, *scribendum* consideraueris. 18 non] *om.* B. 20 oscillis] A, *supra add.* id est parue sorbitiones; ascillis B. utende] *mut. in* utendum A, utendis B. conpetenti ·c· *et mg.* . . . . n̄to A. *Supra* uectatione *add.* uel mutamento A. 21 assumtiones] A, *supra add.* uel eleuationes; asumptiones B. 22 uero] *om.* B.

## XLII. DE FLEGMONE CEREBRI.

Flegmonen patiens cerebrum tumet multotiens, ita ut et capitis comissure disiungantur, et dolor maximus consequitur et suspirium multum, ruborque in facie multus consistit cum tumore, et oculi ueloces fiunt, et caput grauatur. flebotomare igitur hos oportet a cubito, conuenit uero et a naribus, et que sub lingua sunt uasa euacuare sanguine. vtere autem et eis que ad flegmones in capite infusionibus et cataplasmatibus, que superius extraere humorem et desiccare possunt.

## XLIII. DE ERISIPILA CEREBRI.

Fit erisipila in cerebro, et patitur laborans hec. dolet caput totum, et uidetur flammas in eo esse, et facies patientis frigida est et subpallida, et siccatur os. flebotomare ergo sic patientem et maxime uenas sub lingua diuidere et adducere infrigdantia, quibus et in aliis erisipilis utimur.

## XLIV. DE LITARGO.

Et litargus lesio quedam existens rationis locum quidem habet eundem frenesi, dico autem cerebrum, materiem uero contrariam; in flegmate enim humidiori et frigidiori infundente cerebrum fit. sequitur autem litargicos febris glutinosa non ualde mordax cum depositione [capitis]. pulsus uero his magni et rari et ramosi sunt, respiratio autem ualde rara et infirma; somnolenti autem semper sunt et difficiles ad excitandum et difficiles ad respondendum, etsi interrogati fuerint, et obliuiosi et desipiunt. oscitant autem

---

2 patiens] *corr. ex* patientes B. ita] *supra scr.* B. 3 et (*pr.*)] B, *om.* A. 5 *Supra* ueloces *add.* uel procaces A. 6 flebotomare] B, flebotomari *corr. ex* flebotomatet..? A. oportet hos B. 7 euacuare] B, *corr. ex* euacua A. 8 vtere] B, *corr. ex* vetere A. 9 extrahere B. 13 flammas] flammans AB, *mut. in* flamma A. esse in eo B. facies] B, faciens A. 16 et adducere] *om.* B. 17 litargiro B. 20 in] in ex AB, in *del.* A. 21 glitanosa B. 22 capitis] *om.* B, *supra scr.* A, scilicet capitis *supra scr.* B. 24 sunt semper B. 26 obscitant B.

frequenter et manent est quando oscitantes quasi obliti claudere os. eiciunt autem per uentrem plurimi quidem humidiora, quibusdam uero per contrarium uenter exiccatur, et mingunt, quales sunt urine subiugalium. quidam uero et tremunt et circumsudant.

## XLV. DE CARV.

Et caros uero eiusdem existens materie lithargo ab hoc [uero] differt eo, quod febri sprecedat quidem carum et uehementior sit, sequitur uero lithargum, et quoniam caros quidem et alias sequitur egritudines. paroxismus enim superuenit multotiens febrium et epilempsiis et tribulationibus cerebri, aliquando uero osse premente in fracturis, aliquando uero miningarum custode anteriorem cerebri uentrem. lithargus uero propriam quandam consistentiam habet.

## XLVI. CVRATIO LITHARGI.

Permittente quidem uirtute et hic uenam incidamus, non indulgente uero clisteribus utamur acribus. reclinemus autem in domo maiori mediocrem habente lucem et caput infundamus oleo admiscentes ei et castoreum; quidam uero pro oleo oxirodino cum castoreo utuntur corfortantes simul ex hoc et calefacientes caput; reliquum uero ungentes corpus et maxime extremitates oleo ueteri cum nitro asso aut piretro aut pipere aut coco gnidio scalpunt. possibile uero et cerotum ex his cum castoreo facientes uti. odorifera uero afferimus aceto dissoluentes thimum aut origanum aut gliconum. vngere uero os et que circa palatum sinapo trito

---

1 obscitantes B. 2 ejiciunt A. 3 uenter] B, *corr. ex* uero A. 7 *Ante* ab *del.* uero B. uero] A, *supra add.* B; deleo. 9 lithargum] *corr. ex* lithargirum A, litargum B. 10—11 multotiens superuenit B. 11 epilemsiis A. 13 *Supra* custode *add.* scilicet osse A. lithargus] lithargicus A, litargus B. 15 litargi B. 16 hic] B, *mut. in* huič A. 17 uero] *supra scr.* B. 18 habente] *corr. ex* habentem A, habentem B. 21 et] *corr. ex* ex B. reliqum B. 23 piretro] *corr. ex* puretro B, peretro A. *Supra* scalpunt *add.* uel fricant AB. 25 timum A. 26 os] *corr. ex* hos B.

cum pauco melle tentantem preparatum digitis inungere, si autem patiuntur, et gargarismo utere oximelle cum ysopo aut glicono aut origano aut et ipso sinapi. dare autem bibere de aliquo oxiporo et maxime diaspolitu coclearium I cum oxicrato. in cronicis uero trementibus et castorei dandum quantum scripuli II aut III. si uero plenitudo fuerit humoris, et non aliquid aliud prohibeat, et scamonie quantum unum scripulum castoreo adiungamus. permanente uero passione radentes caput calefacere oportet ex sale et ex milio et similibus in sacellis et sinapismis in capite et sternutatoriis uti. deinde uentosas adducere in occipitio, alibi quidem cufas cum multa flamma, alibi uero cum scarificatione. naturales uero euacuationes continue ammonere oportet et inmissionibus et diureticis. infundatur autem umbilicus oleo piganino aut sicionio cum pauco castoreo. frequentius uero ammonendum et potionem calida aqua aspergentes aliquid dulcium potuum maxime ex melle, qui est ex uauiliis, et si alicubi fuerit circa media flegmon, et hunc oportet curare ex embrocis et cataplasmatibus, naribus uero adducere sinapim solutum aceto aut castoreum conbustum. cibentur uero ptisana aut uromi suco aut alice cum oximelle aut salibus aut glicono, aliquando quidem cotidie, aliquando uero et die inter diem. post cibum uero tenere oportet scilicet et extendere extremitates ualde et fricandum crura et aliquando euellere pilos uiolentius ad excitandum, et rubores coxarum et crurum multotiens proficiunt. declinante uero passione statim oscillis utendum et

---

1 temptatem B. 4 *Supra* oxiporo *add.* id est penetratiuum A. cloclearium B. 6 quantum] A, *mg.* B; quartum B, *mg. del.* qn. scrupuli B. III] 3 B. 7 al$^{i}$quid B. alium B. prohibet B. scamonee B. quantum] A, *mg.* B; quartum B. 8 unum scripulum] *corr. ex* unus scripulus A, I ℈ B. permanen$^{te}$ B. 9 ex] et B. 12 scarifatione A. 13 ammonere] amonere AB, *mut. in* admonere A. 15 umbilicus] *corr. ex* umbilicum A, umbelicus B. pauco] *corr. ex* pauca B. 16 admonendum B. 18 nauiliis B. circa] *corr. ex* archa B. 24 extendere] $\overline{on}$dere B. 26 proficiunt] *corr. ex* proficient A, perficiunt B.

ad balneum ducendum et resumtiuam deductionem conuenienter accipiendum.

## XLVII. DE CATOCV SCILICET AGRIPNV COMATOS.

Iam quidem in tractatu de frenesi consistentiam huius egritudinis diximus. signa uero, ut sit uniuersaliter dicere, communia quodammodo sunt et frenesis et lithargi ad dominantem materiam diuersa, secundum partem uero hec. inuenitur autem laborans supinus extensus et aliquando quidem subtumidam et liuidam habens mediocriter faciem quemadmodum lithargicorum, aliquando uero et rubor in eis resplendet. superius uero palpebra eorum reuelli uidetur, ita ut deorsum aspicere non possint. nullo modo autem uidetur respirans, sed quasi mortuus iacet. pulsum uero habet paruum et humilem ualde et nimis spissum. vrina uero et uenter retinetur scilicet paulatim ducitur, et mediocriter quidem habentes infuso aliquo humido deglutiunt, qui uero uehementer tenentur, proiciunt per nares. flegmate igitur dominante in colera constitutos discernimus quidem a lithargicis in eo, quod neque tument neque liuidum habent colorem quemadmodum lithargici, verum tamen paulolum oportet aliquid et sudare eos mediocriter. difficiles uero magis sunt, quibus et insomnietas multa fit, et urina tenetur, et dispnia superuenit, et sudant, et quibus potus in naribus resonat. si uero mulier patiens contingat, discernetur ab ea, que tenetur matricis suffocatione, quoniam secundum naturam aspicit iacens et hec, que dicuntur, sentit

2 accipiendum] B, *supra scr.* A. 3 cathocu B. *Ad* agripnv *mg.* c. id est peregrinus somnus, catochos id est ita manens A. 4 tractatu] *corr. ex* tractu B. 5 egnis B. 6 frenesi B. litargi B (*ut saepius*). ad] AB, *supra add.* uel secundum. 7 hec] hoc B. 10 uero] *om.* B. 11 splendet B. 12 *Supra* aspicere *add.* uel conuertere B. possint] *corr. ex* possunt A, posst' B. 15 ducitur] *corr. ex* deducitur B. 17 proiciunt] prohiciunt A, proici|ciunt B. 18 *Supra* colera *scr.* uel felle A. 22 sunt] *om.* B. 23 disnia B. *Supra* in naribus *add.* uel per nares AB. 24 *Supra* resonat *add.* uel reicitur AB. 25 que] A, *mg.* B; qua B.

et excitationem et statim conuertitur. est autem, ubi catochon diuersum dicunt preter agripnum coma nequaquam conpositum sed simplicem quandam causam habentem; frigidiorem enim et sicciorem materiam obstruentem posteriorem cerebri uentrem passionem operari, in quo conprehensus patiens repente in illa manet forma, in qua interceptus est, velut aut stans aut sedens aut oculos claudens aut uidens. ideo et catochos aut catechomenos appellabant ueteres, cathocin uero uel catalipsin passionem iuniores. curatio uero proxima quidem his, que dicta sunt, diuersa uero propter casuum differentiam.

## XLVIII. CVRATIO CATOCI.

Et nunc igitur flebotomiam utile est assumere, et maxime, in quibus facies rubicunda est, uirtute annuente. clisteribus uero uti aliquando quidem excitantibus flegmate dominante, aliquando uero mitigantibus felle habundante; similiter autem et aliis adiutoriis utendum et cibare similiter, aliquando quidem cotidie, aliquando uero diem inter diem. est autem ualde periculosa passio, sicubi propter cibum aut potum peccatum fit, in quibus oportet uomere cogere statim et in secreto custodire et mouere uentrem et ea que ex cimino et pigano uiscerum embroca uti. eos autem, qui propter ebrietatem tenentur a passione, post solutionem crapule umidiori nutriendum dieta; talis autem sucus est ptisane; et caput fricare alternis ungentis, siquidem estas fuerit, frigidis, si uero hiems, tepidis. si uero nullo modo crapula soluatur neque excitetur, renuntiantem oportet longe aufugere.

---

1 excitationem] *corr. ex* ex'cationem B. ubi] *corr. ex* ibi B. cathocon B. 6 *Supra* forma *add.* uel figura B. 7 aut oculos claudens] B, *supra scr.* A. 8 cathocos B. catechomenos] catechomeos A, cathocomeos B. appellabant] B, *corr. ex* appellabat A. 9 cathalemsin B. 12 cathoci B. 16 habundate B. 20 peccatum] B, *corr. ex* pecatum A. 21 mouere] A, uomere B. 22 uti] A, *corr. ex* uentrem ita B. 23 solutione A. 24 humidiori B. 26 yemps B. nullo] null'o B. 27 *Supra* excitetur *add.* uel euigilet A. 28 affugere B.

## IL. DE MEMORIE AMISSIONE ET RATIONIS ET CARO ET STVLTIZIA.

Memorie amissio aliquando quidem secundum se accidit, aliquando uero et cum quadam lesione rationis, quemadmodum et rationis lesio secundum se prius accidit et deinde consequitur memorie. utrisque uero patientibus consistit que uocatur stultitia. causam autem habent et nunc consistentem distemperantiam. sed siquidem humida tantum fuerit, et memorie et rationis lesionem feret, pigritiasque et depositiones et somnos longos et profundos. si uero cum frigiditate, caros et lithargos. similiter autem et siccitas sola quidem adducit insomnietates, cum calore uero desipientias et freneses. consistunt autem ipse distemperantie aliquando quidem secundum humores, aliquando secundum cerebri uentres aut secundum in eo uasa, scilicet secundum dispersam humiditatem aut secundum ipsum cerebri corpus aut et timporalium musculorum aliquid tale patientium. si uero alicubi comisceantur sibi ipsis humores, et passionem talem afferunt. utrum uero simplex aut conposita est, que dominatur distemperantia, ex specie egestionum disces. quoniam enim memorie et rationis amissio frigiditatis filia est, scimus; si uero alicubi et cum humiditate aut siccitate, discemus et ex egestionibus et ex patientis habitu et temperantia et uictus deductione et tempore et regione.

### L. CVRATIO.

Siquidem frigida aliqua sit distemperantia, calefacere oportet, si uero cum humiditate, siccare, si autem rursus

---

4 rationabilis B. 5 *Ante* et *del.* secundum se B. rationis] *corr. ex* rationabilis A, rationabilis B. 7 nunc] B, *mut. in* non A. 8 consistentie B, *sed corr.* 9 pigritiasque] B, pigritasque A. 10 *Supra* depositiones *add.* uel reclinationes A. longuos A. 11 lithargos] *corr. ex* litargos A, litargos B. 14 aliquando (*alt.*)] A, aliquando quidem B; *scrib.* aliquando uero. 15 aut — 16 humiditatem] *om.* B, *mg.* A. 17 et] B, *supra scr.* A. 19 aut] B, *mut. in* an A. 24 patientis] B, *corr. ex* patienti A. *Supra* deductione *add.* uel uersationis A. 26 cvrazio A. 27 sit aliqua B.

cum siccitate, et humectare et simul calefacere, similiter autem et in distemperantia caliditatis infricdare, si uero et siccitas sit, et humectare, si uero cum humiditate, infrigdare simul et siccare; in quibus uero sanguineum humorem inueneris habundantem, flebotomare aut clisteribus uti acribus et deinde ex gera dare et apoflegmatismis uti et ungentia afferre in capite oleo admiscentem infrigdantia et siccantia, rosas dico et mirsinas et squinum et similia et toti corpori prouidere. si uero ex adustione sit et labore, utende in capite de oxirodino embroca et reliqua frigida et humida deductione et in aliis et cibo et potibus. si uero alicubi caros in stultitia et obliuione superueniat, et huic prouidendum ut prius in litargicis dicebamus; ibi et discretionem eorum exponebamus.

## LI. DE SCOTOMATICIS.

Scotomatica passio constat frigido et glutinoso humore occupante cerebrum, unde ex parua hi occasione statim cadunt, aliquando quidem uolubilia aliqua uidentes exterius, uelut trochos aut uortices aut et ipsi conuersi, aliquando uero et calefacti caput motis in eo humoribus aut et spiritu; est autem quando et lesis anterioribus uentribus cerebri secundum plagas capitis scissi, in quibus et uehementes dolores fiunt. precedit autem hos secundum precedentem passionem capitis passi dolor secundum ipsum uehemens et grauedo et sonus aurium, et leduntur aliqui quidem odoratum, quidam uero gustum. quibuscumque uero secundum conpassionem stomachi consequitur cardiaca, et naftie simul erunt.

---

2 in] *om.* B. 4 uero] uero et B. 6 gera] B, gera (i *supra*) A. dare] B, dere A. 8 squinum] A, *mg.* σχιν̀; sarinum B. 9 hadustione B. utende] *mut. in* utendum A, utendum B. 13 ut] B, *supra scr.* A. ibi] B, *mut. in* ubi A. 14 *Supra* exponebamus *add.* suimus A. 15 scothomaticis B. 16 scothomatica B. consistit B. 17 occumpante B. 19 trochos] *corr. ex* trocos A, trocos B; *supra scr.* id est rota A. uortices] -r- *supra scr.*, -i- *in ras. maiore* A; *corr. ex* uoraces B. 21 autem] *supra scr.* B. 25 hodoratu B. 26 gustu B. 27 *Supra* cardiaca *add.* uel cordis morsus A, *eadem mg.* B. naftie] A, *mg.* ναυτιαι; nafnitie B; *supra add.* uel ulcera oris AB.

## LII. CVRATIO.

Scotomaticos in augmento quidem existentes excitandum et aptis odoramentis utentes et fricationibus et huiusmodi. in remissione uero existentes ad destructionem passionis flebotomandum primum, deinde purgandum cum gera et per interualla clistere acri utendum centauree aut coloquintidos elixatura. post tales uero euacuationes ponendum in capite siquias et in occipitio cum caraxatione et post hec apoflegmatismis et sternutatoriis utendum. in quibus uero calor capitis et aurium sonus est quasi fumositatibus calidioribus per arterias ascendentibus, et arteriarum incisionem assumendum post aures, ut in cirurgiis dicitur.

## LIII. DE EPILEPSIA.

Epilempsia spasmus existens totius corporis cum lesione principalium operationum alias quidem in ipso cerebro consistentem habet causam, alias uero in huius uentribus omnibus. ea uero est aliquando quidem flegmaticus, aliquando uero melancolicus humor. adhuc et propter stomachi conpassionem fit, quemadmodum in colicis, ut in eo qui de illis est sermone dicetur. et ex redundatione aliarum partium aura quadam ascendente frigida ad cerebrum, aliquando quidem a crure, aliquando uero a manus digitis; uisum est aliquando et a matrice in aliqua muliere, in quo pregnans facta est tempore, post partum uero requieuit. fit uero passio hec maxime quidem pueris et horum adhuc nouellis,

---

2 stomaticos B. *Supra* augmento *add.* uel acumine B. existentēs A, *sed corr.* 3 odoratis B. frictionibus B. huius B. 4 passionis] B, *corr. ex* passiones A. 5 gera] B, $\overset{i}{g}$era A. 6 coloquintidos] B, coloquintidis A. 8 *mg.* σικυας A. octipitio A. 9 utendum] B, *corr. ex* utendus A. 10 capitis] *om.* B. est] *supra scr.* B. 11 adscendentibus B. adsumendum B. 12 ut] *om.* B. 14 epilepsia *comp.* B. $\text{toti}^{u}\text{s}$ A. 15 consistentes A, *sed corr.* 19 qui de illis] B, *corr. ex* quidem illius A. 22 aliquando uero] A, *om.* B, aliquando *supra scr.* B. 23 et] quidem B, *supra scr.* et. 25 horum] *corr. ex* orum A.

post hec uero et adolescentibus et agmasticis, minime uero senibus et decrepitis. precedit ergo in epilepticis corporis et anime status insensibilis et amentia et presentium obliuio et somniorum uisio turbulenta et cefalalgie et repletio capitis incontinua, quando irascuntur uero, maxime pallor faciei et lingue inordinatus motus, quidam uero et demordent eam. eos uero qui a stomacho et motus ipsius stomachi precedit et mordicatio, et in abstinentiis aut tardantibus refectionibus acuuntur. instante uero iam simptomate casus eis subito fit et spasmus, et inarticulata est eis aliquando uociferatio. maximum uero signum est eorum oris spumatio, aliis conmuniter quodammodo existentibus et aliis egritudinibus, quibusdam uero eorum et urina non sponte egeritur et stercus, est uero quibus et semen. in aliquibus igitur acutissima existens passio citius occidit et continuatione accessionum et simptomatis uehementia; in pluribus uero in longitudinem extenditur, ita ut, si non soluatur secundum adolescentiam aut purgationes aut partus, aut si cum his consistat per tempus, ut sepius conmoriatur, extra si non conpetentem medicinam adipiscatur. arguunt uero epilepticos fumigantia aspaltus aut gagates lapis aut cornu caprinum, comestum uero epar irci et odor conbusti epatis.

## LIV. CVRATIO.

Si quidem adhuc puer fuerit qui patitur, nichil oportet operari; etate enim in colericum et siccius conmutata et dieta in prudentius sponte ut multa passio requiescit. oportet

---

1 augmasticis B. 3 *Supra* insensibilis *add.* uel uoluntarius A. *Supra* amentia *add.* uel iracundia A. oblio B. 4 cephalargie B. replecio A. 6 sordinatus B. 8 in] B, *supra scr.* A. 9 sinthomate B. 12 aliis (*pr.*)] aluis B. 13 quibusdam] B, quibusda A. 13—14 egeritur non sponte B, *sed corr.* 14 semen] semel AB. 15 et] B, ex A. 16 sinthomatis B. 17 uero] *supra scr.* B. si] *supra scr.* AB. 19 ut] *del.* A. 20 conpetē | A. 21 epileptias A, *sed corr.* lapis] *corr. ex* lapidis B. 23 cvra A. 24 nichil] *corr. ex* nichi A, nich' B. 25 estate B. 26 *Supra* prudentius *add.* uel melius AB.

autem dietam tantum et ipsorum puerorum et lactentium prouidere, post puerorum uero etatem incidentes in epilepsiam et pinguibus infundere, que tenentur, et que distorquentur partes, tenere et dirigere, deinde aperientes os inmittere digitum aut pennam unctam oleo yrino ad prouocandum flegma. oportet autem et odoriferis sensum excitare ut peucedano, quirinaica gutta, aspalto, cedrea, pice. post accessiones uero, si nichil prohibet, flebotomia utendum de cubito. nichil autem subsequente accessione extremitates quidem sinapismo perfricandum, uentosam uero apponendum ypocondriis. non facta uero ad hec releuatione minima quidem spes, tamen confidenter medicus castoreum per uim infundet ori et guttam quirinaicon cum melle et aceto et per sessionem iniciat centauree elixaturam et coloquintidos. resurgentes uero ab epilepsia post releuationem purgatione per gera euacuandum. ea quidem quedam est recentis et acute epilepsie curatio; deinde uero quecunque ad destructionem inueterate trademus. oportet ergo patientes in aque potu quidem diuturno continere, tentantes autem medicari flebotomare, si nichil prohibet, et per reliquos quatuor aut V dies resumere corpusculum et sic catartico euacuare maxime quidem ex elleboro nigro aut coloquintide siue igitur ex scamonea, oportet autem sine elleboro interiore trita et cribellata spargere in mellicratu ciathis V aut VI et melli non cocto admiscere cum pauco pipere, coloquintidis uero semen eicientes inplere eam habentem interiorem dulcore et dimittere totam noctem, diluculo uero dulcorem

---

**1** lactantium B. **4** os] B, hos A. **5** unctam] A, intinctam B. **7** peucidano A. quirinayco, gutta B. aspa[l]to A. **8** utend' B. **11** *Supra* releuatione *add.* uel requie B. **12—13** infundet per uim B. **13** quirinaycon B, *mg.* *κυριναικ̀* A. **14** *Post* sessionem *supra add.* quoque A. **16** gera] g[i]era A, yera B. **19** temptantes B. **20** flebotomare] flebomare AB. quatuor] A, IIII B. **22** coloquintida B. **23** *Post* autem *del.* e B. elleboro] *comp.* B, ellebero A. interiore] B, *mut. in* interione A. **24** mellicratum B. ciathis] B, ciatis A. **25** cum] non cum B. **26** *Supra* dulcore *add.* id est dulce uinum A.

dare bibere aut ex albo elleboro cathartico utendum. est autem hoc bacarum lauri mundarum, piperis albi, alipiados, euforbii, ellebori albi ana ʒ VIII; ea da in una potione cum dulcore qui in coloquintide. bene euacuat per uomitus. post sufficientem uero purgationem lauare eos. tertia uero uentosandum et ypocondrias et posteriora, deinde interponentes multos dies et resumentes corpusculum iera coloquintidos accipiendum. item post hoc uentosandum caput et occiput, deinde cataplasmare cum pane cocto quidem in mellicrato, soluto uero amaris amigdalis aut herpillo aut ydiosmo aut calamenti aut pigano, et hoc faciendum per tres dies, et post hec radere quidem caput, inungere uero peucidani gutta cum aceto dissoluta, in quo spondilium elixatum est. intermittentes uero rursus et resumentes corpusculum dare de antidoto coloquintidos obolos VIIII in mellicrato et interponentes dies rursus da de antidoto III. deinde sternutatoriis uti et post V aut X dies de castoreo [aut] dare in mellicrato et interponentem rursus clisterizare de centaurea et coloquintide. deinde ieram statim dare et postea apoflegmatismis uti et sternutatoriis, deinde sinapismo in capite. oportet autem et acrimoniis in tempore uti. adiuuat autem hos et oximel scilliticum cotidie potatum et mel, in quo scilla distemperata est, quantum coclearium. dieta uero his conuenit incidens et extenuans et caparis continue conmesta et perna. abstineant autem a carnibus et leguminibus et uino multo et uenere multa et balneis et sinape et a potu statim post balneum et maxime

---

1 elleboro] *comp.* B, ellebore A. catartico AB, *corr.* A. 2 bacharum B. allipiados A. 4 coloquintida B. 5 sufficientem] B, sufficienter A. 7 yera B. 10 amicdalis A. herpillo] *corr. ex* erpillo A, serpillo B. 11 calamentis A, *sed corr.* 13 peucidani] *corr. ex* peucida A, peucida|B. 14 intermittentes] *corr. ex* intermittentem A, intermittē B. resumentes] *corr. ex* resumentem A, resumentē B. 15 anīdoto B. coloquintidos] B, coloquintidis A. VIIII] *corr. ex* $\Theta$ A, VII B. 16 dies] A, *deinde supra add.* III; *bis* B, *sed corr.* III] *del.* A. 17 uti] *supra scr.* A. 18 aut] *del.* A. 19 coloquintida B. yeram B. 21 acrinonis B. 23 quantum] qui cum B. coclearium] *mg.* B. 25 abstiineat B.

puri uini. vtantur autem gimnasiis et fricationibus nouissimum omnium fricantes caput.

## LV. DE EPILEPSIA A STOMACHO.

Si uero prius patiente stomacho fiat passio, bonam digestionem procurantem patientem oportet circa tertiam horam panem studiose paratum preferre ex uino eorum que mediocriter stiptica et alba. da uero his ex medicamento de aloe bis aut ter unoquoque anno. gnoui uero aliquando puerum, dicit Galienus, non omnino passum epilepsiam, ex quo de radice glicisidis portabat, dicit autem peonia, magnum et nouum ligatam in collo. et agaricum uero epilepticos adiuuat et siler et spondiliu fructus et radix et aristologia rotunda cum aqua potata. adiuuat maxime istos et diuaricatio crurum assidue facta.

## LVI. DE EPILEPTICIS AB ALIQUA PARTE.

Futuro quidem sinptomate nam sentiunt partis, si fuerit pes aut manus, cum laqueo superius fortiter astringere. in declinationibus uero curare ex causticis aliquid medicaminibus parti afferentes, ut est lepidium, item cantaridas et similia, et juliani oximel epilepticos maxime iuuat secundum partem excludere materiam. post omnia uero ea, que dicta sunt, et tyriaca et naturalia balnea locum habent. per omne uero uite eorum tempus obseruent maxime quidem indigestionem et cibari ante digestionem et qui pingues humores nutriunt cibos et comestionis tardationem et uinolen-

---

1 vttantur A, *sed corr.* 4 uero] *om.* B. stomacho] *comp.* B, *corr. ex* stomaco A. 5 horam] B, oram A. 7 *Supra* medicamento *add.* picra AB. 8 noui B. 10 *mg.* *γλυκυσιδισ* A. 11 ligatam] A, *supra add.* uel suspensum; ligata B. epilenticos B. 12 spondiliu] B, *mut. in* spondilii A. 13 maxime] *om.* B. *Supra* diuaricatio *add.* uel comotio A, uel commotio B. 15 epilenticis B. 16 si'th'omate B. nam] AB; *scrib.* cum? si] *om.* B. 17 abstringere B. 18 curare] *bis* B. medicamibus B. 19 lepidum B. 20 juliani] B, uiliani A. epilenticos B. 22 tyriaca A, turiaca B. 24 et qui — 25 tardationem] *mg.* A, *om.* B. 25 uinolentiam] *corr. ex* uinolentia A, uinolentia B.

tiam et uibere post lauacrum, ut dictum est, maxime purum et ualde uetera et pinguia uina, et acria odoramentorum et replentia caput et prospicere ex sublimi et morari in balneo et adustionem capitis.

## LVII. DE MELANCOLIA ET MANIA ET ENTEASTICIS.

Melancolia desipientia quedam est sine febre ex melancolico maxime humore facta occupante intellectum, aliquando quidem ipso prius patiente cerebro, aliquando uero toto intercepto corpore. et tertia uero melancolie species est, quam fysodes et ypocondriacon uocant, ex flegmone earum que circa stomachum ypocondriarum consistens, aliquando quidem auras quasdam malas, aliquando uero et substantie humoris partem transmittentium ad cerebrum. signa uero conmunia quidem omnium aliquando timor et iracundia et odium hominum et putare hos quidem animalia quedam esse irrationabilia et imitari uoces eorum, hos uero uasa testea et timere deorsum ferri, et hos quidem concupiscere mortem, hos uero metuere mori, et hos quidem semper ridere, hos uero flere. quidam uero et uidentur a quibusdam maioribus respici uirtutibus et predicere futura quemadmodum diuinantes, quos et entheatiscos proprie appellant. propria uero signa propter conpassionem totius corporis melancolicorum et subtilitas corporis et nigrum et densum et totum melancolicum aut natura aut ex accidenti propter aliquas sollicitudines aut insomnietates aut malorum ciborum oblationes aut repressionem emorroidarum aut menstruorum. eos uero, qui propter ypocondrias melancolici sunt, indigestiones declarant et oxiregmie

1 uibere] A, bibere B. 6 est] *supra scr.* A, *om.* B. 10 fysodes] A, *mg.* *φυσοδεσ*; *corr. ex* fydodes B. 11 stomachum] *comp.* B, *corr. ex* stomacum A; *deinde supra add.* et A. 13 partem] B, *corr. ex* partes A. 14 aliquando omnium B, *sed corr.* 15 *Post* animalia *del.* esse B. 17 hos (*alt.*)] B, *corr. ex* os A. 19 et] *supra scr.* B. 21 fuctura B. entheatiscos] B, *corr. ex* enteatiscos A. 26 oblationes] B, *corr. ex* oblationem A. 27 mestruorum B. 28 oxiregmie] oxirecmie A, *mg.* *οξυρεγμιαι*; oxuregmie B.

et cauma et grauitas eorum et ebulsio ypocondrii, est quando et flegmonem patiuntur, et incipientibus deinde maioribus factis secuntur melancolica sinptomata, et ea alleuantur digestionibus et egestionibus et uentositatibus plurimis et uomitibus et rigoribus. nullo autem horum aut omnino paucis eorum factis melancolica apparentia signa principaliter pati declarant cerebrum a melancolico humore. si uero aliquando rubea colera superaccensa in nigram mutatio fiat, appellatam feret maniam, in qua bestialiter irascuntur, ita ut et inconsultius assistentes eis arripiant.

## LVIII. CVRATIO MELANCHOLIE.

Eos igitur qui secundum principalem passionem cerebri melancholici sunt et per lauacra assidua et dietam boni humoris et humidam curare, simul secundum animam conpetenti exilaratione sine altero adiutorio. quando uero nondum per temporis longitudinem difficilis ad euacuandum contristans humor fuerit, tunc et uarias et fortiores adducere oportet curationes. purgare igitur eos statim a principio epithimo aut aloe; horum enim si et parum unoquoque die accipiant, adiuuat maxime et suabiter subducit. purgato igitur, ut dictum est, dare absinthium nunc quidem herbam infundens in aqua et coquens ciathos II, nunc uero suci ʒ ϛ, dissoluens aqua continue et acetum sorbere acerrimum. dormiturum uero multos ciborum in hoc intinguentem comedere; bonum uero miscere aceto scillam et polium et subtilem aristologiam. quando uero inueneris incipiente

---

1 ebulsio] A, euulsio B. 1—2 et quando B. 3 sinthomata B. alleuantur] B, alleu[i]antur A. 4 plurimis] B, pluribus|mis A. 9 feret] *postea ins.* A, *om.* B. qua] B; *corr. ex* quam A, *supra scr.* hac. 11 melancholie] *corr. ex* melancolie A, *om.* B. 13 melancholici] *comp.* B, *corr. ex* melancoli ci A. dietam] A, per dietam B. 14 simul] B, *mut. in* similiter A. 16 longitudinem] B, *corr. ex* longitudines A. 20 suabiter] A, suauiter B. 21 absinthium] B, absintium A. 22 herbam] *corr. ex* erbam A, herba B. in] *supra scr.* B. coques B. ciathos] B, ciatos A. 23 acetum B, *corr. ex* aceto A. 24 intingentem B. 26 incipiente

quidem egritudine propter totius corporis conpassionem, ut dictum est, consistente uero corpore semper a flebotomia incipiendum. post flebotamiam uero refectum inferius purgare ex sicionia et nigro elleboro, et emorroidas aperiamus et menstrua prouocemus, si propter horum retentionem sit facta passio. bone et diuretice uirtutes et sudorum purgationes. si uero propter ypocondriarum uitium passio consistit, oportet et harum facere curam et fomentare quidem eos perfundentes pigani elixatura et aneti et absinthii et gliconos et agni seminis et lauri fructus; hec enim et dolores mitigant et inflationes minuunt; elixare autem in oleo et cataplasmare. habeant autem et horum cataplasmata et eorum que ad inflationes selinum aut anissum aut ciminum. non deterius uero et ciperum et yrim et libanotida apponere in cataplasma; si uero multum, apposita esse hec et per dies et cibato et ieiuno. quando uero abstuleris, aliud aliquid operimentum appone lanam. et uentosis oportet uacuis ad uentositates, ad dolores uero et flegmones caraxa, adtendentes autem curationi neque sinapis obliuisci, uti uero et acribus ungentis et dropacibus et in posterioribus et in uentre. in cronicis uero fortissimum adiutorium ex elleboro per uomitus purgatio. dieta autem omnibus melancolicis euchimos conueniet et mediocriter humida obseruantibus eis et carnes bouinas et ceruinas et lentem et caules et coclias et uina pinguia et nigra, et simpliciter quecumque nigrum fel generant.

---

quidem egritudine] B, *mut. in* incipientem quidem egritudinem A.

3 post] *om* B. 4 emorroydas B. 5 menstrua] *mut. in* menstruam A, mestrua B. retemptionem B. 8 harum] *mut. in* horum B, *corr. ex* arum A. 9 absinthii] abscinthii B, absintii A, *mg.* cor B. 12 habeant] B, *mut. in* habent A. 14 deterius] *corr. ex* decerius A. 15 cataplasma] *mut. in* cataplasmate A, cathaplasma B. 16 aliquid aliud B, *sed corr.* 18 ad uentositates] *supra scr.* A, *om.* B. caraxa] B, caraxa | *mut. in* caraxamus A. atendentes B. 19 curationi] B, *corr. ex* curatione A. 23 conueniet] *mut. in* conuenit A, conuenit B. 25 coclia B.

## LIX. CVRATIO MANIE.

Et maniosos similiter melancolicis curabimus. proprie autem capiti horum roseum et oxirodinum afferamus et ex picra antidoto purgemus prius flebotomantes eos et sanguissugis in capite utamur. maxime autem eos adiuuat ippomaratri radix et semen potatum in aqua et brionie radicis ʒ I cum aqua cotidie. si uero non persuadeantur cathartica medicamina bibere desipientes, admiscendum ea latenter modo quidem escis eorum ut bucellis aut ficubus aut dactilis, modo uero potibus. ante omnia uero ligentur in lecto, ne malum aliquid faciant sibi et assistentibus, aut suspendantur in lecto ex alto suspenso.

## LX. DE EFFIALTO.

Effialtin a uiro quidem nomen habere dicunt aut ab eo quod uideatur eis, qui hoc patiuntur, aliquem quasi saltare; Themison uero in decimo epistolarum pnigaliona appellauit, forsitan a necando. consistit autem circa eos, qui in crapula sunt, et assidue non digerentes. eos uero, qui in eo sunt, sequitur difficilis motus et stupidus sensus in somnis. necationis enim fantasia et occupatio quasi superiacente aliquo cum inpotentia exclamandi aut uoce inarticulata; alii uero uidentur et audire sepius superiacentem et concubitum desiderare eum, fugere autem a manibus conprehendentium. obseruandum igitur dirum principium. perseuerans enim continue nocte superincumbens egritudinem aliquam magnarum apoplexiam aut maniam aut epilepsiam adnuntiat, cum ad caput feratur causa; quecumque enim epileptici

---

**4** pigra B. sanguisugis B. **5** ippomaratri] *mg.* A *supra scripto* gracilis (?) fenuculi; yppomaratri B, ippomatoria A. **7** persuadeant B. cathartica] *corr. ex* catartica A, catartica B. **10** potibus] paribus B. **11** suspendatur B. **14** *mg.* *απο τȣ εφαλλομαι* A. **16** Themison] B, *corr. ex* temison A. pnigaliona] A, phygaliona B. *mg.* *απο τȣ πνίγειν* A. **20** ocupatio A. **23** a] A, et B. **24** obseruantibus B. **25** continue] B, *supra scr.* die A. egritudinem] *comp.* B, *mut. in* egritudinum A. **26** apoplexiam] *comp.* B, apopletiam A. anuntiat B.

die, ea effialtici patiuntur dormientes. oportet igitur incidentem uenam et purgationes accipientem euacuare totum corpus patientis. maxime uero adiuuat hos niger elleborus ʒ I, si scamonee misceas obolos III aut aliquid eorum, que sunt boni odoris, anisum, daucum, petroselinum, et de sicionia gera maxime adiuuat; est autem Ruffi. dieta uero sit tenuis, et inflantia obseruare oportet. iuuat autem eos et peonie fructus, grana autem V aut X nigra terens cum aqua bibere da continue.

## LXI. DE LICAONE ET LICANTHROPO.

Lycanthropia occupati nocte exiliunt per omnia lupos imitantes et usque ad diem circa monumenta morantur. cognosces uero ita patientem ex his. pallidi sunt et aspiciunt debiliter, et siccos oculos et linguam siccissimam, et saliua omnino non habundat eis. sunt autem et sitientes, et pedes propter frequentes offensiones semper ulceratos habent. talia quidem signa. cognoscere autem oportet speciem melancolie esse lycanthropiam, quam curabis secundum tempus accessionis incidens uenam, euacuans sanguinem usque ad animi defectionem et cibans laborantem euchimis cibis. vtatur autem lauacris dulcibus; deinde sero lactis usus per III dies et purgatione ex diacoloquintidos gera et secundo et tertio, post has autem purgationes et ex uiperis tiriaca utatur et alia accipiat, quecunque in melancolia dicta sunt. superueniente uero iam egritudine his que somnum facere consueuerunt infusionibus utaris, et opio ungens nares in somnum conuerte.

---

**1** eff$^{i}$altici B. **4** scamonee] B, scamonea A. **6** gera] $\overset{i}{\text{g}}$era A, yera B. **8** grana] B, *corr. ex* grainna A. **10** lichaone B. licanthropo] A, *mg.* B, licantropo B. **11** licanthropia B. **13** cognosces] cognoscens A, congnoscens B. patiente B. **18** esse] *om.* B. lycanthropiam] *corr. ex* lycantropiam A, licanthropiam B. **21** utantur B. **22** III] tres B. gera] B, $\overset{i}{\text{g}}$era A. et] *om.* B. **23** autem] B, *supra scr.* A. et] *om.* B. **24** tyriaca B.

## LXII. DE CVPIDINIBVS.

Cerebri passionibus cupidines adiungere nichil inconueniens, cum sint sollicitudines quedam. sollicitudo uero passio est anime in motu laborioso constituta ratione. consequuntur autem cupidines hec. oculi caui, et non lacrimantur, uidentur autem, donec uoluptate satiati sunt. mouentur autem eis palpebre frequenter. aliis corporis partibus non conpatientibus soli hi cupidinibus conpatiuntur. pulsus uero amantium proprius nullus est, sicut quidam putauerunt, sed qualis sollicitorum. quando uero in recordationem uenerint amoris aut per auditum aut per uisionem et maxime repente, tunc accidit pulsus turbata anima alterari neque naturalem equalitatem neque ordinem retinere. hos igitur tristes et uigilantes ignorantes quidam dispositionem abstinentia balneorum et silentiis et tenui dieta affecerunt; in quibus considerantes sapientiores amantem et ad lauacra et ad uini potionem et ad deambulationes et spectacula et auditiones mentem deduxerunt. quibusdam uero metum inminere oportet; nam studentes semper amori difficile mobilem habent passionem. conuenit igitur contentiones aduersus quosdam suscitare secundum conditiones conuersationum, quas pretulerunt singuli, et totam ad alteras curas transferre cogitationem.

## LXIII. DE APOPLIXIA ET EMIPLIGIA AVT PARALISI.

Comuni quidem principio neruorum patiente et ex hoc omnibus secundum corpus partibus amittentibus et motionem simul et sensum apoplixia passio uocatur cum principalium operationum lesione. si uero secundum alteram partem

---

3 sollicitudo] sollicitu B. 4 est] *om.* B. constituta] B, *corr. ex* instituta A. 8 non conpatientibus] *corr. ex* patientibus A, non patientibus B. 10 sollicitorum] sollicitorum est B. 16 considerantes] B, *corr. ex* consildantes A. lauacrum B. 17 ad uini] A, uini B. et ad] A, ad B. 18 deduxerint B. 21 condictiones B. 24 compligia B. 25 communi B. hoc] *om.* B. 26 et] aut B. 27 passio] *supra scr.* A, *om.* B. uocatur] B, *corr. ex* uotatur A.

emfraxis fiat, emipligia et paralisis nominatur. si uero secundum unam aliquam partem huiusmodi consistit lesio, illius partis passio dicetur; dicit autem Ypocrates apoplicton ei crus factum est. retinetur igitur in apoplecticis parua quedam respiratio, que, si quidem ualde a naturali operatione auertitur, maximam feret dispositionem, si uero parum, paruam. pessima autem est, quando derelinquit aut et cum uiolentia magna aduenit. constat autem passio simul frigido replente flegmate principales cerebri uentres. si uero aliquando dorsi principium totum hoc tale patiatur, inferius omnia faciei resoluentur, eo uero sine passione manente, eo quod sensum et motionem a cerebro recipiant. si uero secundum medietatem, percussio consistit illarum partium. si uero odoratus patiatur, aut anterioribus uentribus cerebri distemperantiam recipientibus aut eis qui sunt in mediis ossibus poris obturatis hoc tale erit. apoplectici igitur iacent sine uoce et sine motu et insensibiles sine febre. precedit autem passionem capitis repentinus et acutus dolor et iuguli uenarum eleuatio et tenebrositas oculorum et splendores et frigiditas irrationabilis extremitatum et motus corporis totius et difficilis motio et dentium stridores in dormiendo. mingunt autem uelut uiolacia et nigra pauca et crimnodin quandam habentia ypostasin. accidit autem hec passio circa senilem etatem flegmaticis distemperantiis et diete tali. si uero alicubi in adolescentia aut estatis tempore consistat, magnam declarat necessitatem.

---

Pterigium neruosa est superioris menbrane eminentia, que nascitur quidem in angulo, procedit uero usque ad pupillam; cum uero superaugmentata fuerit, et pupillam operit. magna igitur et inueterata pterigiorum per solam cirurgiam exciduntur; recentiora uero et mediocria magnitudine purgatoria adiutoriorum, qualia trachomatica sunt et leucomatica, consumunt. in simplicibus igitur calcos combustus aut calcanthum cum porcino felle bene facit. efficacius uero

---

1 extenua B. 2 *Post* smigtica *del.* ut B. 3 rrinarium B. ecatube B. 4 bene] A, sepe B. 6 colliriis] B, *corr. ex* collirū *in scrib.* A. suabiter] A, suauiter B. 7 smirne B. stroclitidos] strochitidos A, sthroclitidos B. 8 terrestris] terrest$^{i}$s B, terrestis A. 10 soluens] A, e|soluens B. 13 cicodos B 14 mala granata B. calcanti B. gummi] B, cummi A. 15 galle] B, calle A. 16 menbranam] B, menbrana A. 19 superioris] B; superiori A, *mg.* επιπεφυκοτοσ. 21 pupillam] B, pupulla A. 22 cirurgiam] cirurgia A, cirugiam B. 24 sunt] B, sū A. 25 in] B, hi A. 26 calcanthum] *corr. ex* calcantum A, calanthum B. efficacius] B, efficatius A.

hoc. calcanthu partem I, gummi partem ς uino resoluentes inungimus aut et colliria facimus. quidam uero fel capre melli miscentes illinunt.

### CVI. AD PTERIGIA ET YPYOS ET AMBLIOPIAS.

Lapidis mannetis, iu rasi, sinopidos, amoniacu thimiamatos ana ʒ IIII, croci ʒ II, mellis atici coclearium ς. facit autem et ad albugines.

### CVII. DE ANTHRACI ET CARCINOMATE.

Carcinoma quidem passio est ceratoidis habens dolorem continuum, rubeum tunicarum, dolor pungens usque ad timpora et magis, si moti fuerint; cibos non appetunt et ex acribus leduntur. hec uero passio insanabilium est; tamen paragorizandum eos lactis potione et triticeorum et euchimorum ciborum oblatione absque omni acrimonia; et colliriorum mollium infusio, vt spodiaci seuerini et similibus. prouidere autem et totius corporis eucrasiam. anthracosis et ipsa male consuetudinis ulcus est habens putredinem, aliquando quidem in oculo, aliquando uero in palpebra, quemadmodum et in aliis corporis partibus, consistens. igitur in his que in oculo sunt anthracoses primo oportet euacuare clistere, deinde lacte crudo mediocriter purgare, dehinc spongia fomentantem cataplasmare orobina farina aut triticea in mellicrato cocta, aliquando et yrin subtilem

---

1 calcanthu] *corr. ex* calcanthum A, calchianthu B. gummi] B, cummi A. resoluente B. 2 inungamus B. 3 miscentes] B, miscentis A. illiniunt B. 4 Ad pterigia] A, aptepisia B. ypyos] A, ypios B; *scrib.* ypopyos. 5 *Mg.* ιον A. Lapidis — 8 carcinomate] A, *om.* B. 8 anthraci] *corr. ex* antraci A. 9 cerathidis B. 10 thunicatum B. timpora] B, tipora A. 11 fuerint] B, fuerunt A. 13 paragorizandum] B, paragoriza$^{n}$d$\overset{v}{\bar{u}}$ A. 15 infusio] B, effusio A. 16 prouide B. totius] B, *corr. ex* totis A. eucrasiam] eucrassiam A, eucrasia *corr. ex* discrasia B. antracosis B. 17 male] mele AB. 19 quemadmodum] *post* -o- *eras.* j A. 20 anthracoses] *corr. ex* antracoses A, anthiracoses B. 22 spongiam B. 23 vrim B.

in cataplasmate ponentem, et lacte abluere oculum. si uero diuiduntur ulcera, lenticula cataplasmare cum melle aut malis cidoniis coctis; amplius uero diuiso oliue foliis elixatis aut floribus mali granati in uino elixatis soluis cum melle; perseuerante uero sanie et putredine decidente per inpositionem medicamenti, quod dicendum est, et purgatis ulceribus cataplasmare lecintiis assis solutis cum croco et melle usque ad cicatricationem. medicamen uero est hoc. cineris ʒ IIII, myrre obolos III, soluens in uino amineo, donec siccetur, misce dulce creticum uetus et conficiens humidum tolle in pixidem testeam et inunge. ad anthracas uero, qui fiunt in palpebris, malum granatum acidum incidens omne elixa in aceto, coctum uero ualde terens quasi cataplasma in linteum pone et utere mutans bis quidem in die et ter, semel uero nocte.

## CVIII. DE MYDRIASI.

Cum pupilla quidem colore non alterata apparet, latior uero multo preter naturam, et aliquando quidem omnino inpedit uisum, aliquando uero plurimum, et ea, qui uidentur, eis omnia putantur minora esse, mydriasis passio est. causa autem eius superfluus quidam humor est. curare igitur oportet eam flebotomantes a cubito aut purgantes. si uero non, eas que in angulis sunt incidere uenas, deinde uentosam occipitio apponere et marina abluere faciem et oculos; si uero non adsit mare, muria aut oxicrato. medicamentis uero utendum et ad ampullas conuenientibus.

---

2 lenticula] B, lenti|ticula A. 3 cidoniis] B, *bis* A. 4 soluis] A, solius B; *scrib.* solutis. 7 *Supra* lecintiis *add.* id est ouorum uitellis A. solutis] A, solitas B. 8 cicatricem B. est] *om.* B. 9 mirre B. amineo] *om.* B. 10 creatum B. 11 pixide testea B. inunge] B, *ante* -g- *ras. 2 litt.* A. anthracas] B, *corr. ex* antracas A. 12 acidum] accidum B, et cidum A. incidas B. 14 et utere] A, *om.* B. 16 midriasi B. 18 et] *om.* B. 20 mydriasis] mydriassis A, midriasis B. 21 eius] *e corr.* A, ē B. 22 a] B, et A. 23 que] B, qui A. 24 occipitio] B, accipicio A. faciem] B, faciam A. 25 assit B. medicamentis] m̈etis B.

## CIX. DE FTHISI ET ATROFIA.

Fthisis passio est pupille angustioris et obscurioris facte. que uero ab his maiora apparent. causa autem densitas a siccitate facta. differt autem fthisis et atrofia; nam fthisis angustiorem facit pupillam, atrofia uero totum oculum minorem et humiliorem. curare autem hos conuenit exercitantes et fricantes studiose caput et faciem et oculos et aqua abluentes faciem et ungentes caput ungento aliquo calefactorio. inungere autem oculos extenuanti et acriori medicamine, quale subpositum. amoniaci ʒ I, crocomagmatos ʒ IIII, croci ʒ II, iu ʒ I, soluens in aqua confice et utere.

## CX. DE NICTALOPE.

Nictalopem dicunt, quando accidit in die quidem uidere, occidente uero sole obscurius cernere, nocte uero non omnino uidere. curare igitur oportet hos euacuantes a cubito et ab angulis, dehinc purgantes aut euacuantes clistere, deinde flegma deponere precipientes, aut sternutationes mouere, dare uero ante cibum ysopum bibere aut piganum. si uero non obediat, rursus dandum de scamonea et castoreo catarticum, inungere uero melle dispumato et claudere oculos stringentem et continentem humida. stiptirias egiptiace conbuste partes II, salis defossi partem, soluta cum melle illinere. Alivd. epar ircinum assans in assatione sanguinem colligens illine, ipsum uero epar comedere da, et dum coquitur, uaporem oculis apertis recipere precipe.

## CXI. DE GLAVCOMATE ET YPOCHIMATE.

Glaucoma uero et ypochima ueteres quidem unum aliquid arbitrabantur esse. posteriores uero glaucomata quidem ex

---

1 fthisi] B, *corr. ex* ftisi A. atrofia] A, *mg.* B; atrophya B. 2 Fthisis] B, *corr. ex* ftisis A. 3 uero] AB, *scrib.* uero uidentur. 4 fthisis] *corr. ex* ftisis A, ptisis B. atrophia B. fthisis] *corr. ex* ftisis A, ptisis B. 5 aptofia B. 9 extenuata B. 10 subpositum] subpositom A, suppositum B. crocomagnatos B. 11 *ιου mg.* A. 19 et] *om.* B. 21 stipterias aegiptiace B. 22 II] duas B. defossi] B, *corr. ex* defossis A. 23 yrcinum B. 25 recipere] *om.* B. 26 *Mg. υποχυμα* A. 28 arbitrabantur] orbitrabantur A, arbitrantur *corr. ex* orbitrantur B. ex] B, et A.

cristalloide humore passiones putabant ab humiditate transmutato in glaucon, ypochimata uero humidorum effusionem spissorum inter ceratoidem et cristalloidem. sunt autem omnia glaucomata insanabilia, ypochimata uero sanantur non omnia. curare autem ypochisi temtatos, priusquam constet passio, sanguinis a cubito ablatione et purgatione et euacuatione ex acrioribus, quemadmodum de centauree decoctione aut sici amari, et uentris solutione frequentiori et sicias occipitio apponere cum caraxatione. oportet autem et aquam potare et uti cibis extenuantibus; conueniet autem tempore procedente apoflegmatismus per aliquos dies. quibus uero illusiones in uidendo fiunt uelut cinifibus ante apparentibus ex aliqua cacochima aut colericis fumositatibus ascendentibus, de aloe amarum dabimus medicamen continue aut ex eodem purgabimus. in oculis uero medicaminibus utendum primo quidem simplicibus, ut melle et oleo cum maratri suco, postea uero conpositis, ut est sagapini ʒ II, opu quirinaicu, elleuori albi ana ʒ VI, quidam uero in mellis cotilis VIII. nos uero, dicit Oribasius, subscripto utimur. caucalidon suco, camedreos coronopodos, unius cuiusque equaliter soluens; fac autem colliria. et de suco maratri et proteus et talasseros et quod de balsamo colliria nata sunt adiuuare. et maratri elixatura aspersa in principiis adiuuat, et que de sucis et balsamo, melle, et oleo ueteri et similibus.

---

1 cristalloide] cristallo idem A, cristallo id est B. humitate B. transmutatum B 2 glaucum B. ypochimata] B, ypochima A. 2—3 spissorum effusionem B. 3 cristalloydem B. 4 ypochimata] B, *seq. ras. 2 litt.* A. 5 *Mg.* *υποχυσει* A. temptatos B. 6 ablatioe B. 8 decoctioe B. sici] A *supra add.* id est elacterii cucurƀ; suci B. Mg. *συκα* A. 9 *Mg.* *συκιας* A. 10 autem] B, *e corr.* A. 13 adscendentibus B. 16 marratri B, *ut saepe.* 18 quirinaicu] B, quirinaico A. elleuori] A, *comp.* B. in] A, *om.* B. 19 cotilis] A, cocl' B. dicit] A, ut dicit B. Oribasius] B, uribasius A. 20 caulidon B. 22 protheus B. taloseros B. 24 balsamo] B, balsomo A. 25 similibus] B, simibus A.

## CXII. DE AMAVROSI ET AMBLIOPIA.

Amaurosis est perfectum uidendi inpedimentum sine manifesta passione, ambliopia uero obscuritas uidendi, que fit ab aliqua non manifesta causa. curatio uero conuenit in ypocimatibus dicta. proprie uero et ab angulis euacuatio sanguinis et sanguissugarum appositio in temporibus fricationesque inferiorum partium. procedente uero tempore et sternutatoriis utendum et ieiunis uomendum, et ungendum primum quidem de melle et oleo, deinde subscripto conposito. croci oboli II, fellis porcini ʒ I, piperis grana LXXV, maratri suci ʒ VI, amoniacu thimiamatos ʒ I, soluens sicca cum suco, et mellis coclearia IIII; confice, et ponens in erea pixide utere. priusquam uero inungas fomenta oculos in calidam marinam tingens.

## CXIII. DE STRABISMO.

Ex generatione strabositates paruulorum curantur faciei circumpositione, ut in rectum aspiciant; ex spasmo enim est mouentium oculum musculorum dispositio strauismos; et lucerna ex aduerso posita et non ex latere apparente. et quando adhuc ad nasum contorserint oculos, sperulas rubeas adiungere his qui iuxta timpora sunt angulis, vt ad eas respicientes dirigant oculos.

## CXIV DE ECPIESMO.

Destringuntur oculi aliquando ita, ut expectentur exituri. ab angustia ergo destrictos a cubito flebotomare; si uero aliter aliquo modo fiat, medicari elleboro nigro aut scamo-

---

2 amaurosius B. 3 ambliopia] B, ambliopa A. ab aliqua] B, abliqua A. 6 sanguisugarum B, *ut semper.* frictionesque B. 8 ieiunis] *corr. ex* ieiuni A, ieiuniis B. 11 amoniaci B. thimiamatos] *corr. ex* timiamatos A, timiamatos B. 12 mellis] melli A, melle B. utere] B, et utere A. 13 marinam] B, marina A. 14 tinguens B. 16 strabositates] trabositates AB. 17 spasmo] B, pasmo A. 18 strauismos] trauismos A, trabissmos B. 19 auerso B. 20 contorserit B. *Supra* sperulas *add.* uel fila A. 21 adiungere] A, appogere B. iuxta] B, iusta *corr. ex* iustam A. timpora] A, *comp.* B. 23 ecpiesmo ad extractiōe B. 24 expectentur] expectetur A, expetentur B. 26 aliquo modo aliter B.

nea. ex doloribus uero tribulationes oculorum multotiens quidem et in partu superuenientes purgationes soluunt, unde oportet cooperari eis; in uiris uero post flebotomiam, si non quiescat, syciam occipitio apponere et superponere lanam melle illitam cum aqua, desuper uero pticma alligare molliter. iuuat uero hos et marina frigida aspersa faciei et stereos sucus et poligoni cum miconio illitus et alia, que possunt stringere atque conducere.

## CXV. DE SINCHISI.

Ex plaga uero confusiones fleuotomia de cubito et sanguine recenti, maxime turturis, si uero non, et columbe, replentes totum oculum curare, deinde superponere lanam mollem infundentes in ouum refractum cum uino et roseo et superligare, sequenti uero idem facere et tertia fomentare et lacte aspergere et cataplasmare his, que abta sunt, deinde ungens his que ad ueteres dispositiones, uelut est chiacon.

## CXVI. DE MYOPISI.

Myopie uero dicuntur ex generatione ea quidem que prope uidentes, ea uero que a longe non cernentes. incurabilis uero est huiusmodi dispositio ab inbecillitate facta uisum operantis spiritus. contraria uero patiuntur senescentes supradictis; ea enim, que prope sunt, non uidentes, que porro sunt, aspiciunt.

## CXVII. OTICA, ET PRIMVM DE DOLORE.

Propter frigiditatem quidem factum aurium dolorem, qui ex tempore et precedente dieta et laborantis crisi et propter

2 partu] B, partui A. 4 occipio B. 5 *Mg.* πτυχμα A, *supra* pticma *add.* id est duplicationem. 6 frigida] *comp.* B, fligida A. 7 stereos] A, *corr. ex* st'ereos B; *scrib.* sereos. poligonii B. 8 possunt] B, passunt A. 9 sinchisi] B, *corr. ex* sincisi A. 10 fleuotomia] A, *comp.* B. 11 *Post* non *ins.* ÷ A. 14 tertia] B, tercia A. 15 apta B. 18 miopiis B, *mg.* μυοπισει A. 19 miopie B. 22 operantis] B, operãntis A. *Post* senescentes *in extr. uersu del.* i B. 24 que — aspiciunt] *om.* B, *in extr. uersu del.* i. 26 factum] B, factu A.

precedentem causam fit, discentes ex eo, quod in profundo seruatur dolor sine grauedine aut extensione aut ardore, calefacientibus sanabimus adiutoriis. oleum piganinum calidum aut nardinum aut dafninum aut amaracinum aut fyliaton aut spicaton aut comune cum euforbio et pipere et castoreo aut comaginon appellatum ungentum aut opum balsami in auditus instillantes porum; et oleum, in quo coctum est allium aut cepe, instillatum adiuuat. eum uero, qui propter calidam distemperantiam dolor est, in quo feruorem quendam sine grauedine aut tensione sentiunt, contrariis cures album instillans oui solutum, quemadmodum in oculo, et lac muliebre cum aliquo anodinorum colliriorum aut sucum perdiciados cum paruo roseo et ipsum roseum aut oxirodinum aut sucum stricni avt corianni aut asfodilli aut oleum, in quo terre uermes aut onii in idriis elixati sunt, aut amigdalinum oleum secundum se, aut uiuentia ciricia $\text{III}^{a}$ coquens in eo, naturaliter operatur. dolorem uero qui propter glutinosos et pingues humores ex capitis et ipsius auditus grauedine et precedente dieta cognosce. absque grauedine uero extensio sola auditus spiritum uentositatis non habentem exitum declarat. vtendum igitur in utrisque emfraxin soluentibus et incidentibus medicamentis, ut est afronitrum cum aceto et melle aut ouinum fel cum oleo comuni aut amigdalino et porri et cepe sucus tepidus cum melle, aut origanum terens cum melle et lacte femineo instilla. in quibus uero multus dolor et diuturnus et difficultas auditus adest, utendum his, ut est dracontee sucus et aru et brionie et similia, proprie uero propter spiritum

3 calafacientibus B, *sed corr.* 4 amaracinum] amaracinu A, amaricinum B. fyliaton] A, siliaton B. 6 comagnon B; *mg.* κομαγιν̀ A. opobalsamum B. 7 porum] B, porrum A. 9 feruorem] B, feruore A. 10 sentiunt] A, staunt B. 11 oui] *corr. ex* ouu B. 12 in oculo] r'oculo B. 13 roseo] ro B. roseum] ro B. 14 strigni B. asfodilli] afodilli A, affodilli B. 16 amigdalinum] amicdalinum A, admigdalinum B. 17 III B. dolorem] dolore A, dolores B. 20 extesio B. 21 habentem] B, *corr. ex* abentem A. 25 origanum] origanu A, origanum B. 26 et (*pr.*)| A, ||instilla|| et B. 28 aru] B, ari A.

uentositatis dolentes sicia aqua calida calefacta circa aurem posita iuuat. si uero grauedo et extensio cum calore et cum pulsu dolor fiat, aut et febricitet, flegmonem pati scito auditum, et ante omnia flebotomia utendum, deinde fomentandum frequenter oleo dulci calido cum milotide inuoluta lana; instillandum autem poro anseris adipem aut uulpis aut regale medicamentum cum roseo aut ciprino aut yrino, et cataplasmandum extrinsecus paragorizare et ad digestionem adducere ualentibus. urgente uero dolore mediocriter sensibilitatem obstupescere facientibus utamur; non enim paruum periculum cerebro uicino acustico neruo flegmonem patienti. bene igitur hoc mitigat. opii pars una, castorei partes II cum femineo lacte aut albo oui aut uino dulci; tepidum instilla. crocodis uero trociscus et aster aut filonos antidotum istos sepius adiuuit. oportet autem frequenter fomentantem aut comuni oleo aut aliqua calidarum fomentationum lanam in eo ipso infusam superponere auditui non tamen attingentem flegmonem patientes partes. perseuerante uero dolore et putredine futura utere medicamento ex suco linospermu instillans illud solutum cum roseo aut camemilino. quando uero ex aqua uenenosa contenta secundum acusticum porum dolent, siquidem fuerit multa, cum ore et calamo illam exugere oportet parum prius abstergentes hoc cum inuoluta lana milotide et instillare oleum aliquod extenuatorium aut roseum aut oui album aut femineum lac. calida uero omnia mediocriter esse oportet, que auribus afferuntur.

---

**1** sicia] sycia A, sitia B. **2** calore] A, dolore B. **3** flegmon B. **5** mil'otide B. **6** anxeris B. **9** urgente] urgentēte B, urgentibus A. **10** obtupescere B. **12** una] I B. **14** trocisscus B, *ut saepe*. **15** sepius] A, *om.* B. adiuuat B. **19** fuctura B. **20** linospermi B. ro B. **21** contenta uenenosa B. contemta A. **22** porum] A, pedum B. *Mg.* ακ˘ςιϰ̀ A. *Post* siquidem *in extr. uersu del.* acv B. **23** exugere] A, exsugere *corr. ex* sugere B. **25** aliquid B. ro B. **26** esse mediocriter B.

## CXVIII. AD VLCERA CVM FLEGMONE.

Lycium et miconium equalia terens cum melle inmitte.

## CXIX. AD DOLORES MAXIMOS ET PVTREDINEM ET DIFFICVLTATEM AVDITVS.

Amigdalas decorticatas et afronitri, opii, libani ana ʒ III, croci ʒ IIII, calbani ʒ II, murre ʒ I, aceto soluens instilla, dolore autem manente roseo soluens, putredinem uero habentibus aceto, inomelle aut oximelle, difficile uero audientibus aceto. recentia uero ulcerum glaucium curat solutum aceto et ex eo colliria et diaroda et diacroca et diasmirna, quemadmodum putredinem habentia sine dolore scoria ferri cum aceto soluta per tempus.

## CXX. AD ANTIQUA VLCERA.

Cedriam cum melle miscens inunge. Alivt. Misi conburens et soluens insuffla. ad effluentia uero ablue aures cum clistere oxicrato in oximelle aut inomelle aut elixatura aliquorum apocrusticon uelut lentis aut rosarum.

## CXXI. AD SORDIVM DVRITIAM.

Nitrum aceto soluens cum aqua ablue et tergens instilla nitrum aceto solutum cum roseo.

## CXXII. ALIVD AD SORDES.

Cardamomum et nitrum paucum cum ficubus assumens absque earum granis et colliria faciens inpone in aurem per dies III; ducit enim sordem multam et sufficienter euacuat; facit et supercrescentibus carnibus et antiquis doloribus et ulceribus. aloe, libani, murre ana ʒ IIII,

---

2 licium B. 5 amigdalas] B, amicdalas A. 6 galbani B. mirre B. 7 ro solues B. 8 uinomelle B. 9 uero] *bis* B. ulcerum] B, ulcera A. 14 Alivt] A, *om.* B. 16 aut inomelle] *om.* B. 17 apocrusticum B. uelū B, *ut saepe.* 20 aceto] cum aceto B. ro B. 22 ficubus] B, ficibus A. 26 mirre B, *ut saepe.*

misios ʒ IIII, cum aceto faciens trociscos in necessitate aceto et roseo soluens enquimatize, et andronos trociscum et irin et musa.

CXXIII. AD SANGVINEM EMANANTES AVRES.

Ablue cum lentisci elixatura, instilla autem poligoni sucum cum minimo aceto aut licium aut amurcam aut acatiam aut porri sucum.

CXXIV. AD SVPERCRESCENTES CARNES AVRIVM.

Ablue nitrum cum aqua calida cum lepidi chalci et sandaraca equalibus; exulcerata uero melle expurga.

CXXV. AD VERMES AVRIVM.

Ablue elixatura absinthii et centauree aut porri. instilla uero capparis foliorum uiridium aut fructus uiridis sucum aut cedriam aut urinam humanam ueterem aut elleborum album cum melle aut calamentis sucum aut scamoniam cum aceto aut sucum absinthii. oleum uero instillatum poro usque ad summum replere fac. melius autem oxeleum. et ad incidentia uero auribus parua animalia eisdem utere.

CXXVI. AD LAPILLOS ET SIMILIA INCIDENTIA AVRIBVS.

Inuoluens lanam circa milotida tingens illam terebintina aut gummi aut aliquo glutinosorum, et sic illam extrahe. si non exierit, oleum calidum instilla assidue poro.

CXXVII. DE SONITV.

Si quidem febribus aut earum crisi sonitus gignantur, nichil inquietare; statim enim sicut in pluribus cessant. si

2 yrin B. 4 manantes B. 6 amurcam] amurca A, murcam B. acatiam] acatia A, accatiam B. 9 chalci] *corr. ex* calci A, calci B. 12 absinthii] B, absintii A. cetauree B. 13 capparis] B, caparis A. 14 cedriam] cedria AB. 15 scamoniam] B, scamoneam A. 16 absinthii] B, absintii A. 17 oxeleum] B, oxieleum A. 18 ad] B, *supra scr.* A. incidentia] incidenda AB. 20 milatida B. tingens] AB; *scrib.* tinge. terebentina B, *ut saepe.* 21 gluttinosorum B, *ut saepe.* 22 exierit] B, exerit A. 24 gignantur] *corr. ex* gingnantur B, gignatur A.

uero et post egritudinem permaneant, absinthii calefaciens elixatura acetum uel roseum infunde aut rafani sucum cum roseo aut elleborum nigrum cum aceto. ad inueteratos autem sonitus ex pinguibus et glutinosis factis humoribus, scies autem hoc ex eo, quod non simul sed particulatim ipsi consistunt, aceto et nitro et melle ablue. Alivd. ellebori albi, castorei ana ʒ II, croci ʒ III, nitri ʒ XVI; fac trociscos in aceto soluens et utere.

## CXXVIII. AD ANTIQUOS SONITVS ET SIBILOS.

Euforbium cum criprino oleo soluens et calefaciens utere; in quibus uero propter multitudinem ascendentium fumositatum aut spirituum sentiuntur, castoreum et cicute semen soluens cum aceto instilla.

## CXXIX. DE DIFFICILI AVDITV ET SVRDITATE.

Ex natiuitate quidem aut post generationem quidem, inueterate uero et perfecte existentes surditates insanabilium sunt. non perfecte uero, inueterate autem, et ipse insanabilium aut cum difficultate sanabilium. propter colericum tamen humorem ascendentem consistentes per colerica medicamina euacuationibus non difficulter sanabis. quidam uero et sponte quiescunt a passione colerico pertranseunte. surditates uero propter crudos et pingues humores consistentes aut difficiles auditus medicare uenam incidens aut omnino purgans per ieram et apoflegmatismis et sternutatoriis utens et naturalibus et marinis lauacris. in porum uero auditus instillare conuenit quidem et ad sonitus descripta, proprie uero hec. capre urinam et fel aut tantum fel instilla aut rute sucum aut cum melle aut castoreum cum oleo anethino

---

1 egritudinem] B, egreditudinem A. absinthii] B, absintii A. 2 elixatura] B, elixat$\overset{v}{a}$ A. raphani B, *ut saepe*. 3 inueteratam B. 10 oleo] oleo aleo B. 12 castoreum] B, *corr. ex* castoreo A. 15 natiuitate] B, nauitate A. 19 consistentes] A, *corr. ex* consistentē B. 24 purgamus B. ieram] *corr. ex* ierat A, yeram B. 27 capre] B, capra A. 28 anetino B.

aut ysopum farmacum cum nardino ungento aut fel capre cvm galbano. aut hoc. castorei ʒ II, nitri, ellebori albi ana ʒ I.

### CXXX. AD FRACTVRAM AVRIVM.

Ypocrates ammonet nichil eis afferre. quoniam autem sepius ab his, qui patiuntur, conpellimur, utendum his. myrre, aloe, libani, acacie equalia aceto aut oui albo soluens, aut panis calidi interiora cum melle in mortario terens fac cataplasma. aut hoc. aspalti, libani, aloe, coclion carnis, bulborum, affron equalia aceto soluens superpone. flegmone autem facto sisamo soluto cataplasma aut farina grossiori cum aceto cocta. leuia uero sint cataplasmata et sine alligatione, aut leuiter alligentur, at lana oleo infusa inponatur poro auris.

### CXXXI. DE PAROTIDE.

Parotis passio est iuxta aures ademon materia defluente, aliquando quidem a capite strictis in eo humoribus, aliquando uero a toto corpore per crisin in febribus facta. si igitur adhuc in profundo existens non eleuatur in tumorem parotis, cooperemur nature extraentium aliquid adiutorium afferentes aut et uentosam apponentes aut fomentationibus utentes frequentibus. quod si rursum curret ad profundum materia, periculum non qualecumque fiet. si uero in tumorem caput fecerit flegmonem habens, per contrarium his, que paragorizare et ad digestionem adducere possunt, utamur cataplasmatibus, uelut est quod et de ordeacea aut triticea aut lini seminis farina cum mellicrato aut tileos aut altee aut camemileon apozima coctum et quod ex lapato

---

1 farinum B. unguento B, *ut saepius.* capre] B, capra A. 5 ammonet] āmmonet A, admonet B. 7 acatie B, *ut saepius.* 8 calidi] A, coclidi B. 9 aspalti] B, aspaldi A. codion B. 10 affion B. 11 simamo B. crossiori B. 16 ademon] AB, *h. e.* adenon; *mg.* *αδενων* A. 18 crisī A, crisim B. 20 cohoperemur B. extrahentium B. 21 adfferentes B. aut et] ut et B. 22 frequentibus] A, *corr. ex* frequentes B. rursum] rursūm A. rursū B. 25 digonem B. possunt] B, passunt A.

et axungia sine sale. si uero et habundare sanguis uideatur tibi, prius euacuandum eum per flebotomiam permittente maxime uirtute. non faciente autem diaforesin tumore his, que ad putredinem adducunt, utendum medicamentis, velut est triticea farina cum ficuum elixatura et oleo et diagireos et quod ex fermento farmacum. mutato uero apostemate aut per incisionem eiciamus saniem aut acri medicamine disrumpamus, uelut est, quod dicitur smilion aut diascordon. leuiores uero parotidum et calefactio cum muria diaforesin habere facit et ex aperano farmacum. hoc siquidem et mutatam iam saniem ad diaforesim conuertit, eo quod et anodinotatum sit. ad inueteratas uero parotidas ciricum et porfyrum conbustorum cinerem cum melle aut axungia superponamus aut ficus coctas marina aut prassium cum sale. eas uero, que iam obduruerunt, mollit aut mnaseu aut ariouarzanios; obtimum uero quod de suco lini seminis. ante uero hec cataplasmare eas amoniaco miscentes cataplasmatibus picem liquidam et adipem taurinum aut bdellium aut styraca aut ceruinam medullam.

## CXXXII. DE NARIVM ET ORDORATVS PASSIONIBVS.

Odoratus lesa uirtute, siquidem inlesa uox seruetur, anteriorum cerebri uentrium passionem cognoscendum aut secundum distemperantiam subtilem lesorum aut propter multitudinem malorum humorum. si uero et uox simul lesa est raucior quodam modo facta, propter emfraxin ithmoidon

---

1 axungia] *corr. ex* axugia A, asugia B. 1—2 tibi sanguis uideatur B. 2 eum] eam B. 3 diafforesin B, *ut saepius.* 8 uelud B. simileon B. 9 parotide B. calefactio] *comp.* B, *corr. ex* calefacio A. diaforesim B, diaforesīm A. 10 ex] B, ec A. aparono *corr. ex* aporono *in scrib.* B. mutatam] B, mictatam A. 11 conueuertat B. eo] et B. et] *mut. in* at B. anoditatum B. 12 inuentas B. aricum B. 13 porfyrum] -um *e corr.* A, porfirum B. 15 mnaseu] *corr. ex* mnasseum A, inassev B. 16 optimum B. 17 uero hec] B, hec uero A. cataplasmare — miscentes] B, *om.* A. 19 styraca] B, stiraca A. 20 hodoratus B. 21 (h)odoratus B. illesa B. 24 lesa] B, *corr. ex* lesam A. 25 raucior] B, rautior A. ahmoideo B.

ossum passionem existima factam esse, rursus a malis quibusdam humoribus. ad cerebri igitur distemperantiam propter ea, que sepius dicta sunt latius, contrariis utere adiutoriis, et humores euacuare apoflegmatismis, maxime autem ualide euacuantibus sternutatoriis, et odorifera affer leptomeri, quemadmodum et in catarticis. si autem plenitudinem suspiceris secundum totum corpus, hoc prius euacua aut per flebotomiam aut per purgationem ex iera; sic enim et in polipo et in oseni utere; deinde sic localia affer adiutoria. est autem polyps quidem tumor preter naturam, qui in naribus fit, similis secundum substantiam polipodos carni. eiusdem autem substantie est et sarcoma. osena autem ulcus est putridum, quod ex fluxu humorem acrium fit.

## CXXXIII. AD POLIPAS ET SARCOMATA.

Lepidos chalcu, calcanthu ana ʒ VI, sandarace ʒ IIII, ellebori nigri ʒ II; insufla et utere ut optimo; in diebus enim tribus adiutorium manifestum facit. facit autem et calcanthos cum aceto. A l i v d. kidion ʒ VI, calcanthu ʒ X, calciteos ʒ VIIII, fellis taurini, amoniaci, myrre, calamentis, prassii ana ʒ IIII, croci ʒ II, ellebori albi ʒ I; sicco utere. A l i v d. dysrygi soluto illine et lychno aperi nares.

## CXXXIV. AD OSENAS.

Misyos, chalciteos, murre ana ʒ VII, calcanthu ʒ VI, stipteree scisse, lepidos calcu equaliter ʒ IIII, stipteree rotunde

1 ||passionem|| ossum B. existima] *corr. ex* existimam A, extima B. 2 ad] a B. distemperantia B. 3 contrarius B. aiutoriis B. 4 apoflegmatissmis B, *ut saepe.* 5 odorifera] B, odoriferi *corr. ex* odoriferii A. 6 catarticis] A, ċartaticis B; *scrib.* catarris. 8 purgationem] A, *supra scr.* B, euacuationem B. yera B. et] *om.* B. 9 *Mg.* ὄσαινης A. 10 polyps] A, polipus B. 11 substantiam] B, sustantia A. eiusdem] B, ejdem A. 14 polippas B. et] et ad B. 15 chalcu] *corr. ex* calcu A, calcu B. 16 insusufla B. 17 facit (*alt.*)] fac̄ A, fac B. 18 calcanthos] B, *corr. ex* calcantos A. 18 X] B, *corr. ex* XI A. 19 calcitheos B. VIIII] A, IIII B. 20 ellebori] *comp.* B, elleboi A. 21 lichno B, *mg.* λυχνο A. 22 ossenas B. 23 chalciteos] *corr. ex* calciteos A, calciteos B. calcanthu] B, *corr. ex* calcantu A. stiptere B. 24 stiptere B.

ʒ II, libani ʒ I, aceti sextarium I, coque omnia in ereo uase; utere autem cum lychno. Alivd. ion et lepida ana siccum fac.

CXXXV. AD NARIVM FETOREM.

Myrre, acatie, amomi ana ʒ I, melle cocto soluens precipe illinere summitati narium diafragmatis. Aliud. amomi, myrre, rosarum siccarum tantundem, ungento nardino soluens illine. facit et idycrou malagma cum uino.

CXXXVI. AD NARIVM VLCERA.

Simithiu lib. I, lithargiru ÷ III, plumbi scorie aut plumbi conbusti ÷ III; omnia autem abluta sint; solue uino, aut mirtino oleo.

CXXXVII. AD VLCERA, QVE DICUNTUR GLIKEA.

Lithargiru, pigani teneri ana ʒ IIII, stiptireas scisse ʒ II, mirtino oleo et aceto resolue.

CXXXVIII. PTARMICA.

Elleborus albus aut castoreum aut piper aut struthium aut simul omnia. non oportet autem insufflare, sed penna aut digito apponere usque ad interiora narium. superhabundante uero sternutatione ex farmaco sedare infundentem nardum aut roseum aut dulce oleum. et odorifera uero sedant sternutationem, anisum, ozimum. ante omnia ista siccandum caput smigmatibus, que sunt de nitro et pumice, aut et uocato asclipio utendum et constantini sapone et capadocum sale et similibus.

---

2 lichno B. 5 accathie B. 7 ro B. 8 ydicron B. malagma] B, malacma A. 10 simithiu] B, simitiū A. litargirum B. III] IIII B. 11 III] *om.* B. sunt B. 13 glicea B. 14 lithargiru] *corr. ex* litargiru A, litargiru B. stiptereas B. 17 albus] B, abl A. castoreum] B, *corr. ex* castoreus A. struthium] B, strutium A. 18 omnia] B, *corr. ex* omnium A. autem] *om.* B. 20 uero] B, *om.* A. 21 hodorifera B. 23 caput] ante caput B. 24 et (*pr.*)] *supra scr.* B. constantini] B, costantini A.

## CXXXIX. DE NARIVM EMORRAGIA.

De fluxu quidem sanguinis, qui fit in febribus ex naribus, in illis in secundo dictum est libro. de eo autem, qui quo modo libet aliter fit, simpliciter difficili ad retinendum nunc dicetur. calcitin soluens pluuiali aqua assume in lichno et inpone naribus aut oui testam conburens misce ei galle medium aut licio indico illine aut onida conburens insuffla cinerem, aut terens onida instilla sucum, aut militu lapidis extincti aceto fumum odoretur, aut et emplastro hoc utere. mannis libani partem I, aloe partem ς, oui album assume et utere cum lychno hoc apponens extrinsecus unctioni leporis pilum, aut uero siciam uacuam in ypocondriis contra eam partem narium, ex qua sanguis fluit, appone et magnam et semel, et aures fortiter obtura et frontem spongiis ex aqua frigida infunde, aut siciam occipitio addere cum sanguinis ablatione. est quando et flebotomare, si nichil proibet, et extremitates ligare, maxime uero brachia et coxas, quemadmodum in flebotomiis, et precipere mouere ea manus quidem fricantem, pedes uero ambulantem; repletis enim sanguine uenis, que in eis sunt, circa nares sanguis deficiet. et spongia uero sepius ex oxicrato infusa frigido et apposita extrinsecus sanguine fluentibus naribus cum detictione, quod oportuit, conpleuit, melius autem prius submisso longo lichno naribus.

## CXL. AD FACIEM SINE RVGIS CONSERVANDAM.

Libani ʒ IIII, ficus ʒ III, lithargiri ʒ VIII, soluens omnia piscis glutinis incisi infusione et faciens trociscos utere.

---

1 emorragia] B, emorrogia A. 2 fit] B, sit A. 4 fit] A, sit B. 5 assumme B, *ut saepius.* 6 lichcno B. misce — 7 conburens] *mg.* A *add.*¹), *supra* insuffla (*lin.* 8) *eras.* misce ei; *om.* B 9 hodoretur B. 11 assūme *corr. ex* assūmere B. lichno B. 12 siciam] sicciam B, syciam A. ypocondriis] B, ipocontriis A. 13 appone] B, apponere A. 15 sitiam B. 16 addere] B, adherere A. et] *om.* B. 17 prohibet B. 18 flebotomia B. precipe B. 21 oxicrato] B, ossicrato A. 23 detictione] A, detinctione B; *fort.* destrictione. 26 ficus] AB, *supra add.* uel fuci A. litargiri B.

A l i v d. eboris rasura ʒ VIII, libani masculi, piscis glutinis tantundem, utere, quemadmodum prius dictum est.

### CXLI. AD FACIEI MACVLAS.

Yreos aut ptisane eregmos ana sextarium et ς, salis amoniaci, cornus ceruini conbusti, amoniaci thimiamatos ana ÷ II, aqua soluens fac trociscos et rursus aqua soluens unge ante balneum. A l i v d. ptisane, orobi, illiridos, afronitru ana choinicas IIII, costi, amigdale amare ana ʒ XX, cataplasma ouorum albo et lacte asinino et utere, quemadmodum dictum est. facit autem et peponatus trociscus.

### CXLII. AD EFILIM ET FACVS.

Terre cimolie siccate cocte. ς, afronitri assi ʒ VIII, orobini lecinthu ʒ IIII, glutinis taurini rasure ʒ VIII, terens frica. A l i v d. fecis conbuste, alcioniu ana ʒ X, solue, frica.

### CXLIII. AD YPOPIA.

In principio quidem elixatura tileos, postea uero et melilotorum fomentans nilu diarodon conbustum aqua soluens illine, deinde diasmirnon. si uero non profuerit, diasandicos utere conbusto aut ysopum cum aqua superpone aut inuoluens ysopum in pannum aut tingens aqua calida fomenta aut muria acri fomenta et rafani corticem cum melle terens superpone. hoc et ad inueterata. ad inueterata uero ypopia et peliomata trondilu partem I, terre samie partem I cum melle superpone adtendens, ne ulceretur. A l i v d. apo-

---

2 dictum est prius B. 4 et] A, *om.* B. 5 armoniaci (*pr.*) B. cornu B. 6 ÷] B, ʒ A. 7 afronithv B. 8 choinicas] coinicas A, choinichas ʒ B. ana] *om.* B. 9 quemadmodum] B, *corr. ex* quemammodum A. 10 est] B, *om.* A. 11 efilim] A, *mg.* εφιλιν; effilim B, *mg.* gelim *supra scr.* efilim. 12 cocte.] A, coct B. affronitri B. 13 lecinthu] B; lecintu A, *mg.* λεκινθȣ. 15 apipopia B. 20 in] A, *corr. ex* super B. 22 *Mg.* υποπια | πελιοματα A. 23 trondilu] B, *corr. ex* trondilus A. 24 adtendens] addentes A, adente *supra add.* d B. *Mg.* αποψικτρον A.

psictrum, ysopi, tapsie, cassie, cere, terbentine ana ʒ II, superpone adtendens, ne ulcus fiat, et propterea aufer sepius.

## CXLIV. AD IONTHVS.

Sunt autem tumores parui et duri circa faciem. oximelle illine fricans, aut lithargirum cum terebinthina et paruo oleo albo terens illine perfricans aut scissam cum terenbintina, aut amigdalas amaras aceto soluens perfrica. ad inueteratos uero ionthus saponis gallici ʒ IIII, libani, amoniaci ana ʒ I, aqua soluens illine, est post oram ablue.

## CXLV. AD IONTHVS ET PILOS ET ASPERITATES FACIEI.

Cere ʒ X, terebintine ʒ X, ixu ʒ II, liquefaciens oleo perfunde et hoc faciem exterge; aufert enim a radicibus. Alivd. micona soluens aut glicona cum sale et aceto asperge, utere. Cerotum thaidos ad rubeam faciendam faciem. croci, erythrodanu radicis, ficus, libani, murre ana ʒ II, resolue adipe uitulino et cum lentiscino oleo illine et per interualla absterge spongia calida. conuenient autem ea, que faciei sunt, et in reliquo corpore.

## CXLVI. DE HIS QUE CIRCA OS PASSIONIBVS ET DE DENTIBUS.

Dolentium dentium sine gingiuarum flegmone est quando in ipso proprio corpore dolorem, est uero quando in neruo, qui refertur ad ipsos, fieri accidit. uehementissimorum igitur opus est medicamentorum; propterea plurima eorum

---

1 tapsie] capsie B. 2 adtendens] addentes A, addente B. auffert B. 3 ionthvs] *corr. ex* iontvs A, iontus B. *Mg.* ϊοʸϑȣσ A. 5 lithargirum] *corr. ex* litargirum A, litargirum B. cum] ɔ B. terebinthina] *corr. ex* terebintina A, terebintina B. 6 scissa B. 8 ionthus] *corr. ex* iontus A, *mg.* ϊονϑȣσ; ionthius B. 9 horam B. 10 iontus B. pileos B (*mg.* pilos). 11 *Mg.* ϊξȣ A. II] B, x A. perfundis B. 14 thaidos] *corr. ex* taidos A, tahydos B. ad] B, *corr. ex* a A. 15 erythrodanu] *corr. ex* erytrodanu A, erithrodanu B. libani] et libani et B. 16 addipe B, *ut saepius*. 19 os] *om.* AB. de] *om.* B. 23 uehementissimorum] B, uehemtisimorum A.

ex aceto fiunt acerrimo. gingiuis uero propter flegmonem dolentibus aptum est medicamentum oleum lentiscinum eucraton retentum; sit uero recens, quoniam uetustius in tantum nouo deterius, quanto uetustius. comunis autem et nunc seruetur ratio, quoniam oportet prius euacuari, qui in toto corpore habundat, humorem.

## CXLVII. AD FLEGMONEM DENTIUM.

Abluantur aceto, in quo elixata est galla aut aliqua cauu radix aut iusquiami semen aut folia aut glicon aut strichni sucus aut caparis radix aut mirte folia aut polium aut siciu agriu radix aut pigani folia cum oximelle aut cornu ceruino aut squilliticum acetum aut piretrum cum ysopo. in comestum uero dentem inpone styraca cum opio aut galbanum aut uiuum sulfur cum licio, aut iusquiami semen suffumigetur. et filonos antidotum ut inplastrum positum dentium dolorem amputat. reumatizantibus uero dentibus murre et lentisci et galle apozima abluantur aut rusiriaco et balaustus aut floribus mali granati. fac autem emplastrum salis partes II, stipteree conbuste et extincte aceto et solute partem I; deinde uino soluantur. sanguine uero fluentibus gingiuis stiptercam tenuem superasperge aut aloe cum uino dissolue aut rubi radicem uino elixatam aut rusiriacum. sanguine manantibus uero et reumatizantibus gingiuis omotarichon in olla conburens, donec carbo fiat, cinerem appone. confirmat autem comotos dentes quasi emplastrum superposita

---

1 acerrimo] anetino B. gengiuis A. 3 retentum] B, retentu A. quoniam] qm A, q̄n̄ B. 5 ratio] *comp.* B, racio A. euacuare B. 6 ḥabundat A. 8 gallịa B. aut] B, ut A. cauu] B, cauū A. *Mg.* *αλικα καβȣ* A. 9 strichni] B, strigni A. 10 aut mirte — 11 radix] *mg.* A, *om.* B. 12 acetum] B, aceto A. piretrum] piritrum A, pirretrum B. 13 styraca] styraco A, stiraco B. galbanu B. 14 suffumigetur] B, sufumigetur A. 15 inplastrum] *comp.* B, *corr. ex* inplaustrum A. 17 apzima B. rusiria B. 21 tenue B. 22 rusinat' B. 23 omotarichon] *corr. ex* omotaricon A, *mg.* *ομοταϱιχον̀* ; omataricon B. 25 conmotos B. emplastrum] *comp.* B, emplaustrum A.

aloe aut rusiriacum aut scissa aut galla aut rubi radix secundum se aut cum uino cocta. Alivd ad motos dentes et gingivas revmatizantes et omne vlcvs, quod fit in ore. Calciteos asse ʒ XII, catmias ʒ VIII; utere sicco cum aceto.

### CXLVIII. ALIVD AD AVFERENDVM DENTEM SINE DOLORE.

Farinam cum gutta titimalli superpone et desuper edere folia et dimitte per oram; sponte enim conteretur.

### CIL. DENTIVM SMICMA ET AD PARVLIDAS.

Stipteree habundantis ÷ IIII, piperis grana LXX, salis amoniaci ÷ IIII, smirne, costi, piretri ana ʒ IIII; sicco utere. Alivd. sulfuris uiui, piperis, scisse.

### CL. AD PARVLIDAS.

Parulis est quidem et ipsa circa aliquam partem gingiuarum, que non soluta putrescit. putrefacta uero flebotomo diuersa aperitur lichno. epulis autem est a flegmone caro supercrescens secundum interiorem gonfium, est quando cum febre et dolore; opus igitur habet depositione. vtendum ergo iuxistu secundum se aut cum galla aut sori conbusto aut stipterea omni conbusta aut galla secundum se aut lepidos calcu cum aceto soluta per dies multos et siccata.

### CLI. DENTIVM SMIGMA.

Aristologie radix conbuste, ceruini cornus cum pauco mastice, sal album mixtum melli et inuolutum ficus foliis et conbustum, usque dum fiat carbo. cirices sale repleti et

---

2 alivd] A, *mg.* B; alium B. 3 omne] A, *mg.* B; omnem B. 4 cathmnas B, -m- *e corr.* 6 alivd] A, *mg.* B; alium B. sine dolore] A, *mg.* B, *om.* B. 8 titimalli] B, titimali A. 10 smicma] A, *mg.* B; smicmaṭ B. 11 habundatis B. 12 piretri] pirets B, piretrum A. 14 *Mg.* παρȣλιδασ A. 17 *An* diuisa? est] 7̄ B. 18 gn̄fium A, gentifium B. 20 fori B. 24 cornu B. 26 circes B.

conbusti, coclii terreni conbusti cum melle, lana sucida cum pauco sale conbusta; unicuique autem eorum boni odoris gratia misceatur squinanthos aut nardostachis aut folia malauatri aut ciperum aut iris.

## CLII. DENTES ALBOS FACIENS ET GINGIVAS STRINGENS BONVM ODOREM FACIENS.

Pumicis, salis assi, yreos ana ʒ IIII, cyperi ʒ V, nardostachii ʒ I, piperis ʒ VI, solue, utere.

## CLIII. AD DENTIVM ACREDINEM.

Portulaca facit conmasticata aut oleum inmaturum fricatum aut amurca in ereo uase cocta usque ad substantiam mellis et inueterata illita.

## CLIV. AD INFRIGDATOS DENTES.

Dentibus infrigdatis lauri et scisse aristologie ramorum ana.

## CLV. AD COMESTAS GINGIVAS.

Rosarum floris ʒ VIII, galle ʒ IIII, murre ʒ II. soluta uero gingiuarum comestiones et pladus sanant lac asininum, oliue foliorum decoctio, acetum scilliticum; sicca uero apposita ios ferri, cotini. ad tumentes uero et carnes supercrescentes andragni sucus detentus, muria natantium oliuarum, oleum calidum inmaturum aut lentiscinum aut milinum aut amurca; sicca uero ios ferri aut eris aut aristologie radix, arnoglose semen siccatum, calcanthu assi aut coitini.

---

1 oclii B. 3 hodoris B, *ut saepius.* squinantos B. 4 yris B. 5 stringens] B, stringvens A. 7 Pumicis] ()jmici B. ciperi B. nardostachii] B, nardostacii A. 8 piperis] pip A, *ut plerumque*; p̃p̃ B, *ut saepe.* 9 acredinem] B, acedinem A. 10 Portulaca — 13 dentes] *om.* B. 15 ana] A, ana ʒ B. 16 ꝯsmestas B. 18 ꝯmestiones B. pladus] A, *mg.* πλαδϐσ; placide B. sanant] A, sanat B. 19 apposita — 23 uero] A, *om.* B. 20 *Mg.* κοιτινι A. 23 eris] A, h'ris B. 24 calcanthu] B, *corr. ex* calcanthum A. 25 cortini B.

## CLVI. AD LABIA SCISSA.

Amurca cocta inunge. aut hoc, adeps anserinus cum melle, terebintina ana, rosarum flos, ysopum, roseum paucum.

## CLVII. AD ID, QUOD DICITVR VATRACHOS.

Vatrachos est tumor cum flegmone sub lingua consistens, maxime in pueris; dissipans locum missios, iuxistu equalia sicco. sub mento uero utendum anthira aut sferio aut ex ouis parigro. uirorum uero prius diuidere sub lingua uenas. Aliud; facit et ad afthas. iuxistu, galle, calcitheos ana; cum dulci uero erit et ablutio. Aliud. orobinam cum melle prius defricans inunge galla soluta cum melle aut rosarum flore similiter, aut oliue foliorum decoctione abluatur.

## CLVIII. AD PARISTMON FLEGMONEM.

Si in febre flegmonem patiuntur paristmia et uua, gargarismata conueniunt ex decoctione furfurum aut rosarum aut finicum aut mixon aut lentis. declinante uero flegmone aut in statu existente miscendum eis mel, quod in principio non oportet facere, ut non acredine extrahant aliquid reuma. si uero putrefacta scindantur, gargarizandum mellicrato aut cum lentis decoctione aut rosarum expectantes usque ad perfectam solutionem aut oris absolutionem, et dare gargarizare. si uero ex corruptione aeris ulcera e paristmis fiant, utendum quidem et suprascriptis, proprie autem afferendum et diamoron cum aqua calida aut ydromel habens

2 anxerinus B. 3 rosarum] ro B. ysopum] B, isopum A. 4 vatrachos] *corr. ex* vatracos A, batrachos B. 5 ( )atracos B. cō|ɔsistens B. 6 equalia] paucd' B, *mg.* ·pauci· A. 7 anchira B. sferio] B, sferrio A. 8 *Supra* parigro *add.* id est humido A. 9 et] *om.* B. afthas] *corr. ex* aftas A, *mg.* αφϑασ, *supra add.* id est lauiorum ulcera; aftas B. calciteos B. 13 paristmon] *mg.* B, *corr. ex* parismon B, parismon A. flegmonem] A, *mg.* B; *om.* B. 14 paristimia B. *Mg.* παρισϑμια A. 15 furfurum] B, surfurum A. 16 aut finicum] B, autinicum B. 21 aut oris absolutionem] B, *supra scr.* A (absolutione). 22 aeiris B. 24 ydromel] B, idromel A.

florem rosarum admixtum aut costum aut ru, sicca aut elixata, aut glauciu foliorum siccorum decoctionem. est quidem amarum, maxime autem facit, aut suco, ut in colliriis utimur, solue in mellicrato. ipso uero sternutatorio sicco insufflato obtimus usus aut digito admoto, aut temtare uero non omnino manu tangere aut leniter ualde adtingere. adiuuit autem et andronos trociscos. post prouocationes autem horum gargarizare ex gliciricia aut diaciuelitu et crocu et chias et myrra, posterius uero amilu, tragacanthis. stante aurem ulcere ex lacte et samia terra gargarizandum, aut malum granatum dulce cum corticibus terens et exprimens suci partes VI ad unam mellis miscens coque usque ad mellis qualitatem et illine. Aliud. ˙galle onfacos ∸ I, scisse stipteree ∸ I, salis amoniaci assi ∸ I, sicco inunge. Aliud. galle ʒ VIII, misios ʒ II, salis assi ʒ V, utere sicco. est autem antias tumor durus paristmion.

## CLIX. DE VVA.

Vua flegmonem patiente gargarismatibus utendum his, que dicta sunt in paristmion flegmone, et mediocriter stipticis, qualis est mali granati sucus, cum cocliario aut instrumento stafiliparte appellato subpositus, et secundum se et cum melle sufficienter cocto, aut dulcis radix mixta mali granati suco. facit et sucus gliciritie solutus cum melle. restringit autem et sanguinarius lapis et frigius conbustus et agiratos et ex lapide frigio edicon et terra samia et eritrias et sinopis et limnia et omfacium secundum se et cum horum aliquo et spine egiptie fructus et scissa stipterea; rose uero et semen et folia, suauius autem operatur. adhuc

1 admixtum] B, admixtarum A. 2 est] sunt B. 5 optimus B. tp̄tare B. 6 attingere B. 7 adiuuat B. 8 glitiria B. *Mg.* κ·βελιτȣ A. 9 tragaganthis B. 12 V B. 16 antias] B, anhias A. durius B. 17 De uua] *bis* B. 19 paristimion B. 20 cocl'r B. 21 suppositus B. 23 gliricie B. cum] B, cu A. 25 edicit B. 26 ilimna B. omfacium] A, onfacium B.

autem lenius gummi, tragaganthi, sarcocolla, amilum; quibus utendum, quoniam leditur magis stricta a stipticis. isopahcus autem ea existente, quod ciona uocant, gargarismatibus confidendum et his que de mirra et croco et cipero. fracturas autem metuere et penna magis illinere. conpositum autem hoc. roos syriaci, costi ana ʒ VIII, croci, rosarum semen ana ʒ IIII; et gingiuis facit. filum de purpura marina circumpositum echinne collo et suffocans eam, deinde circumpositum, mirabiliter quodam modo adiuuat et paristmia et quecumque circa collum, sicut testatur Galienus.

## CLX. AD ORIS EMORRAGIAS.

Porri folia terens superpone, aut spongiam nouam tingens in picem crudam conburens et soluens utere. utile ualde est et ablutiones rosarum siccarum aut uiridium decoctio frigida aut foliorum uitis aut lentisci foliorum aut rubi aut malorum cidoniorum aut rosarum aut gigartum aut lentis.

## CLXI. DE SYNANCHI ET HVIC ADIACENTIBVS ET DE SVFFOCATIS.

Intra faringa quidem musculis flegmonem patientibus, que dicitur sinanchi fit, extra uero parasinanci. similiter autem et in laringe interiores siquidem musculi flegmonem habentes quinanchi, exteriores uero parachinanchi operantur.

---

1 autem] enim B. traganti B. 2 stripta B. a] ma a B, et A. stipticans B. 3 isopahcus] A, *mg.* ισοπαχϐσ; isopacus B. ciona] A, *supra add.* id est columna; cinna B. uocant] *om.* B. 4 confide dum B. et ꝯ cipera B. 6 syriaci] B, siriaci A. croci] B, *comp.* A. ro B. 8 echinne — 9 circumpositum] B, *mg.* A. 8 echinne] *corr. ex* ecinne A, *mg.* εχιδνεισ; et chimne B. 11 emorragias] B, emorrogias A. 16 gigarcum B. 18 synanchi] B; sinanchi *mg.* B, *corr. ex* sinanci A; *mg.* σvναγχι A. 20 *Mg.* φαρυγγα A. musculus flegmonibus B. 21 sinanchi] sinanchis AB. fit] B, *om.* A. parasinanci] parasinancis AB, *mg.* παρασυναvχη A. 22 autem] *om.* B. *Mg.* λαρυξ A. 23 quinanchi] B; quinanci A, *mg.* κυναvχι.

sequitur autem omnes orthonnia et dolor cum dipsnia, quosdam autem et febris et rubor faciei, et colli pondus in quibusdam, et os apertum habent et deglutire non possunt. quinanticis ucro et necatio est quando consecuta est. fit autem pueris secundum raritatem colli spondiliis patientibus ex transpositione hec passio. sed illis quidem ut insanabilibus non adtendendum; alios uero mox flebotomare a cubito et euacuare, non simul sed sepius; ex repentina enim euacuatione deficiunt, et eis suffocationis periculum superuenit confluente in partem, que patitur, simul materia. non euacuatis autem propter hec et sub lingua uenas incidendum et ipsam caraxandum linguam, si protensa cum tumore appareat, uentrem uero clisterizandum acriori clistere et pedes abluendum aqua calida et ligandum conpetenter extremitates operiendumque collum lanis sucidis aut oleo pauco et diomilisios cataplasmandum. gargarizent uero in principio quidem his, que in flegmone et paristmiis dicta sunt, aut simplici diamoro cum decoctione roos; melius autem ex agrestibus moris diamoron. post hec uero et conposito diamoro aut diacarion utantur. in statu uero egritudine et nitrum paucum admiscendum et sulphur uiuum, nisi acredo aliqua prohibeat; et caninum stercus siccum tritum et cum melle illitum optimum est farmacum, et huius album maxime, et agrestium irundinum cinis similiter. perseuerante uero passione et dia uisasa utendum unctione, aliquando quidem exsoluentes, aliquando uero rursus adaugentes eius uirtutem aliorum medicaminum admixtione, et sycias aut sanguissugas apponendum mento et

---

1 orthoinam B. disnia B. 4 consucuta B. 6 ut] B, *om.* A. 7 atendendum B. flebotomare] B, flebotoma A. 8 sepius] prius B. 10 non] B, n A. 11 prouter hoc B. 16 diomilifios B, -li- *e corr.* cataplasmandum] A, *mut. in* cathaplasmandum B. gargarizet B. 17 ꝑaristmiis B. 18 diamoro] B, *mut. in* diamoron A. cum — 20 diamoro] A, *mg.* B. 19 agrestibus] B, agestibus A. hec] A, hoc B. 20 diamoro] B, diamoron A. 21 sulfur B. 22 nisi] $\overset{i}{\mathrm{n}}$ B, non A. 24 yrundinum B. 25 *Mg.* *βησασα* A. 28 aut] a' | aũ B.

collo, et fortioribus utendum gargarismis ex decoctione, ysopi, melantii, aprotani, gliquiritie ficuum coctarum in mellicrato aut rute suco cum lacte, ut bibat cum oximelle. si uero aliqua ex his acredo fiat, dandum eis quasi optimum calidum roseum secundum se aut cum suco ptisane, aut fenogreci gargarizare. cibus autem mellicratum sit usque ad tertiam, post quam ptisane sucus cum aliquo dulcium potuum, deinde et ouorum uitella mollia, et ex farre sorbitionibus utendum reddita deglutiendi uirtute, et conuenientibus laborantis uirtuti cibis. declinatione uero manifesta ad deambulationem et lauacrum ducamus, locum autem operiamus ceroto de oleo piganino, et reliqua conuenienter resumptiua deductione utamur. suspensorum uero, quibus spuma iam circa os, curam non suscipere Ipocrati optemperantes; aliorum uero reuocatio fit aceti infusione et piperis, aut urtice fructu in aceto trito acerrimo; laboriose uero recipiunt, sed oportet cogi. dissolutis uero, qui sunt circa collum, ruboribus, statim respiciunt et surgunt. similiter uero et in naufragis et omnino in suffocatis; reuiuiscit enim horum calor.

## CLXII. DE CORIZA ET CATARRO ET ARTERIACIS ET TVSSI.

Commune quidem est passionibus istis superfluam ex capite humiditatem ad suppositas ferri partes. hac quidem ad nares irruente, coriza passio appellatur, ad faringa uero et superiorem partem, simpliciter catarrus; quoniam autem ad laringa et trachiam arteriam fertur, ita ut et rauca uox fiat, uocant passionem branchon et arteriacam, in quibus non solum ex capite, sed et propter uehementem exclama-

2 ysopi] B, isopi A. 6 fenugreci B. 7 quam] q B. 8 sorbicionibus B. 9 deglutien | B. 10 laboranti B. 11 ad deambulationem] B, adde ambulationem A. 13 declinatione B. 14 ypocrati B. obtemperantes B. 16 trito] B, *om.* A. 17 set B. 18 collum] oculum B. surgant B. 19 naufragiis B. enim] *om.* B. 21 coriza] A, tusse B. arteriacis] A, *mg.* B; artliacis B. tvssi] A, *mg.* B; tussis B. 22 comune B. 26 ad] a B. laringa] B, laringua A. et] A, et ad B. trachiam] B, traciam A. ut] A, *om.* B. 27 branchon] B, brancon A.

tionem et propter frigiditatem spiritus in respirationem asperitas fit flegmonodis. perseuerante uero egritudine et reumate in thoracem et pulmonem discendente tusses eis fiunt male consuetudinis, et propter discrasiam sepius tussis fit, aliquando quidem calidam, ut in febribus, aliquando uero frigidam, ut in boree regionibus, que et sicca magis est. et aliarum uero egritudinum causa est quando tussis fit, uelut in pleureticis, epaticis, ptisicis, peripleumonicis. Galienus autem in diuturnis tussibus narrat grandinum quarundam reiectionem a thorace fieri; Alexander uero et lapidem quendam grauem, uelut qui fit in uriticis, dicit in antiqua rejectum esse tussi, ex quo et quieuisse tussim. nos autem in sanguinis reiectione lapidum egestionem uidimus; ibi positi diligentius inspeximus. igitur ex calore corizam aut catarrum habentibus caloris sensus circa menbra fit, et acrium et tenvium humorum fluxus per nares et os ruborque circa faciem et nares. his uero, quibus propter frigiditatem, extensio eorum que circa caput et frontem et ismoidum pororum enfraxi, ita ut nec sonent uocem altius propter nares. perseuerantibus autem eis et tusses fiunt et flegmatis reiectio, aliquando quidem indigesti et liquidi, aliquando uero uiridis; quibusdam uero et febris superuenit, eos quidem qui ex calore nichil adiuuans; his uero qui ex frigiditate digestionem operatur.

## CLXIII. CVRA CATARRI ET CORIZE.

Calida igitur distemperantia dominante, quecumque eis qui ex huius modi causa caput dolent, conuenient adiutoria;

2 fit] *om.* B. *Post* uero *del.* dolore B. 3 thoracem] B, toracem A. pl'ones B. discendente] A, *om.* B. 4 discrasiam] B, discrassiam A. 5 calida B. 6 uero] quidem B. *Supra* regionibus *add.* uel stationibus A. 7 quando] q̄n B, q̄m A. 8 peripl'onicis B. 10 a] B, et A. thorace] B, torace A. 12 tussim] *corr. ex* tussis B. 16 et tenvium] B, *om.* A. 19 ismoidum] *corr. ex* ismodum A, idsmoidum B. ita] *om.* B. 20 perseuantibus B. 25 cura] A, curatio B. 26 eis] his B.

et balneis uero utendum, et calida plurima perfundendum caput. cibi uero eis conuenient sorbiles et oua sorbilia et amilos et itria et sisamum et isici et amigdale et conii fructus et quecumque de lacte pemmata et uinum dulce non uetus et diacodion electum medicamen et ad hec conposita adiutoria. frigida uero distemperantia existente et difficili ad soluendum egritudine paruus cibus accipiatur et capitis unctio ex calidis et extenuantibus, nardino, pigano; irinum uero non solum illinendum sed et naribus instillandum, et inungendum interius eas libano et mirra cum oleo, et maxime in coriza que ex frigore. eos uero et odorifera conbusta, melantium aut ciminum, et ligata panno laneo adiuuant, et cyfi lunare odorentur et in fronte illinant, ubi et aliquod emplastrum contra flegma adhereat, ut iquesios aut oxira aut barbaros aut athira. ad eum uero qui ex frigiditate catarrum et bibere cyfi proderit, in pectore uero balsami guttam illinendum succidis lanis, eum calefaciendum et cum storace et irino et anetino, et cibis calidioribus et digestibilibus utendum. iam uero digesta materia apoflegmatismus eis conueniet et smigma capitis, qualis est constantini sapo et similia.

## CLXIV. ARTERIACORVM CVRA.

Arteriacis uero et branchis conueniunt quidem et, que dicta sunt, proprie autem, flegmonis existente circa arteriam et laringa dispositione, in principio emplasticis utendum adiutoriis, donec flegmon minor efficiatur. talia autem sunt ex dulci cretico et tracacantha et gummi et amilo et pinguium fenicum decoctio et gliquiritie cum sireu usque

3 itria] irtia B. sasamum B. ifici B. 6 distenperantia B. 8 et] *om.* B. 9 yrinum B. illiniendum B. 11 *Ante* in *del.* o B. hodorifera B. 13 cyfi] cysi A, cisi B. hodorentur B. illiniant B, *deinde del.* et o. 15 athira] A, antira B; *scrib.* athina. eam B. que B 16 cyfi] A, cisi B. in] *om.* B. 17 balsami — eum] *om.* B. succidis] suctidis A. calefaciendum] A, ualendum B. 20 snigma B. 25 laringa] laringua A, larigam B. 27 tracacanti B. 28 pinguium] pigan' B. sireu] A, sireuụm B.

ad mellis spissitudinem et ypoglotidon apellatorum usus. ante omnia autem uini potus abstineant secundum tempus hoc; minorato uero flegmone dulce uinum accipiant et his que de melle et lacte cum amilo aut pane siligineo et ex amigdalis sorbitionibus utantur et butirum accipiant. humore uero adunato in partibus ad purgatoria uenire, ut est ciaminon etnos, et que ex melle fiunt, et crambe et bene cocta porra, medicamina autem calidiora et que ad basim et sireo quod ex ficubus et libano et iri et terebintina et storace et galbano, pipere, cinnamomo et cassia, et similia.

## CLXV. DE TVSSI.

Tusses autem eadem ratione curandum hoc tantum inspicientes, si et propter aliarum partium fiunt conpassionem, ut gargareonis distillantis aut capitis, et si egritudinibus aliis accidunt. conpositorum uero adiutoriorum expositio deinceps subponetur.

## CLXVI. CATAPOTIE AD CATARRVM ET TVSSIM.

Storacis, mirre, opii, galbani equalia dulci resoluens aut secundum se in mortario terens fac orobina granula et da ante somnum III aut IV aut V, et dulce sorbeat. hec ad acre et tenue reuma. Aliud. iusquiami seminis ʒ XII, strouiliorum ʒ VI, croci ʒ II, elixatura aut dulci resolue et utere.

Electuarium. mellis ÷ I, butiri ÷ ς, simul coquens da, et quod de ysopo et ficuum et stromuiliorum et yreos elixaturam sorbeat.

Catapotie diuturnioribus. storacis ʒ VI, mirre ʒ II et ς, terebentine, galbani, opopanacos, yreos ana ʒ II, piperis

1 poglotiden B. appellatorium B. 6 addunato B. 7 etnos] &nos AB. *Mg.* κυαμιν̀ ετνο A. crambre B. 8 cocto porro B. autem] B, aū cum A. basim] B, basi A. 9 yri B. 10 pipere] *comp.* AB. 11 tusse B. 13 si et] scilicet *comp.* B. 15 compoitorumiorum B. exposito B. 16 supponetur B. 20 hoc B. 21 acre] B, hacre A. satiuliorum B. 22 dulce B. 23 elatuarium B. bidari B. 24 ysopo] B, isopo A. yreos] reos B. 26 cathapotie B. 27 opopanaces B. piperis] B, *comp.* A.

albi, iusquiami seminis, opii miconos ana ʒ I, sine suco aliquo terens fac catapotias et utere, ut predictum est.

## CLXVII. AD ASPERITATEM BROCV ET TVSSIM ET SANGVINEA SPVTA.

Amigdale amare purgate et conbuste et lini seminis conbusti ʒ IIII, tracacantis ʒ II, strobilii grana XXX, oui in adipe assati uitellum. tracacantha aquá infunditur, totum uero dulci resoluitur. si uero et sonus uocis sit raucus, melle misce pro dulci, et maxime, in quibus reici aliquid oportet.

## CLXVIII. AD VOCEM AMPVTATAM.

Tracacanthis, gummi ana ʒ VI, murre, croci ana ʒ I, libani ʒ I et ς, piperis albi grana XX, gliquiritie suci ʒ VI, finicum non maturarum trium carnem, dulcis cretici quod sufficit. et ipse solus tracacanthi sucus sub lingua positus pro suco gliquiritie ipsa decocta elixatura quadrupliciter ponitur.

## CLXIX. ARTERIACIS SONIS AMPVTATIS CONVENIENS.

Porra VII coque ad tertiam et ipsa quidem proiciens aque misce sucum alice et mel et ouorum prius cocta uitella III$^{a}$; coque simul mouens aneti ramo.

Bichicon. gliconos ÷ II, strouiliorum, gnici semen, lini semen ana ÷ I, piperis cocti ÷ IIII cum melle cocto. Aliud. isopi, gliconos, piperis, calamentis ana ÷ I, petroselini ÷ ς, mellis emina.

---

**1** I] II B. **2** cathaputias B. **3** *Mg.* βροχον A. **4** sangvinea] B, ad sangvinea A. **6** strobilii] B, strombilii A. **7** uitelli B. tracacanta in aqua B. **9** mel B. **12** tracacantis B. **13** piperis] B, *comp.* A. liquiritie B. **15** tracacanti B. **16** quadrup$^{\text{i.}}$ B. **19** VII] A, VI B. **20** mixte B. **21** III B. aneti ramo] A, anetino B. **23** piperis — **24** I] *om.* B. **23** piperis] *comp.* A. **24** piperis] *comp.* A. petrosellini B, *ut saepius.*

## CLXX. PEPTICON TVSSIS ANTIQVE.

Mellis ʒ XVI, terebentine ʒ II, galbani ʒ IIII, simul coquens conpone ad fabe magnitudinem et nucis pontice, et de his sugat. Aliud. siccam tussem sanat et arteriaca, est quando aque sorbitio calide; propter pinguedinem enim flegmatis non reicientes humidis quodammodo adiuuantur. conuenit autem eis et ysopi et ireos et strombilii elixatura.

## CLXXI. TROCISCOS AD SVFFVMIGANDOS TVSSIENTES CONTINVE.

Storacos, piperis, mastice, petroselini ana ʒ I, sandarace ʒ VI, cocodafna II, resoluens cum melle fumiga ponens in carbones, ita ut tussiens per fistulam fumum attraat. facit autem et infrigdatis quodammodo.

## CLXXII. DE ORTHOPNIA, ASTHMATE ET DISPNIA.

Sine febre suspirantes uelut currentes ocius ab euentu nominant asthmaticos, eosdem autem ipsos ex eo, quod thoracem erectum seruant timore suffocationis, horthopnicos uocant. fit autem passio pinguibus et glutinosis humoribus adherentibus brancis pulmonis. dyspnia uero conmunis est casus et has et alias plures consequens passiones. asmaticorum uero curationis intentio est consumere glutinosum et pinguem humorem per extenuantia et purgantia farmaca. acetum igitur eis conueniet squilliticum, et quod paratur

---

1 peticon tussi B. 2 XVI] XII B. terbentine B. 4 artetica B. est] AB, *scrib.* et est. 6 iuuantur B. 7 ysopi] B, isopi A. yreos B, *ut saepe.* stromuilii B. 8 trociscos] *mg.* B, trociscos B. trociscus A. suffumigandos] A, suffumigandum B, suffumigando *mg.* B. 10 piperis] *comp.* AB. 11 cocodasna B. resolues B. 12 attrahat B. 14 horthonia B. asmate B, asmathe *mg.* B. disnia B. 15 suspirantes] A, *supra add.* uel resuspirantes; spirantes B. uelut currentes] B, *om.* A. 16 nominauit B. asmaticos B. eosdem] B, eodem A. 17 thoracem] B, toracem A. horthonicos B. 18 gluttiosis B. 19 dyspnia] dypnia A, dispnia B. comunis *comp* B. 20 caus B. consequentes B. hasmaticorum B. 21 gluttinorumsum B. 23 conuenit eis B.

cum oximelle bibitum, et ipsa scilla assa soluta cum melle et antidotum iera et purgatio continua ex fortioribus farmacis et ex rafanis uomitus et aristologia rotunda potata, centauree magne radix, spondilii fructus et radix, calamentis, isopum, iris, melantium, omon que sub ydriis sextin mittens in uas fictile frige super carbones, albescentes autem tere melle cocto resoluens et da mistron ante cibum et post cibum. si uero necessitas conpellat, et uenam incide ante hec omnia et euacua secundum uirtutem, et uentrem clisteribus prouocandum. extrinsecus autem thoracem cataplasmandum de ficubus et irina farina et ordeacea habente ritinin et ceram et mel; aspergatur autem ei et iris et manna. non inutilis uero et omilisis cum ritini et cera et iri et manna. ungentis autem utendum calidioribus, irino, anetino, piganino. magis proprium uero hoc. pumicis partem I, squinu anthos partes II, alcioniu partem I, sfeclis conbuste partes IIII, arsenicu partem I, afonitru partes II, terens cernens resolue in ungentum et in hoc frica que circa thoracem; et malagmatibus utendum, que extrahere saniem ualent.

## CLXXIII. ASTHMATICORVM POTVS.

Poliu, abrotani, castorei, chamepiteos, amoniacu thimiamatos equalia melle soluens da; dederunt quidam afronitru coclearium tribus ciatis mellicratu. Aliud. afonitru ʒ VIIII, piperis ʒ I, silfiu ʒ VI, coclearium aque. Aliud. castoreu,

---

2 antid' yera B. 3 raphanis B, *ut saepius.* aristol' B. 5 omon] AB, *h. e.* onon; *mg.* *ομων* A. que] B, que sunt A. ydriis] B, idriis A. 6 uas] B, *corr. ex* uasi A. fittile B. 7 cocta B. da mistron] A, *mg.* *μυστῤ*; administra B. 10 thoracem] B, toracem A. 11 et (*alt.*)] *supra scr.* B. 12 ritinin] A, *supra add.* id est resina; ratinin B. 13 inutilis] A, nuralis B. omilisis] omylisis A, homilisis B. ritī B. 14 ungentes B. irino] yrino et B. 16 antos B. alcionio *corr. ex* alcionii B. sfeclis — 17 I] *om.* B. 19 thoracem] B, toracem A. 21 hasmaticorum B. 22 camẽpitheos B. amoniaci timiamatos B. 23 afronitru] afonitru A, affronitru B. 24 cocl'r B. VIIII] VIII B. 25 piperis] *comp.* AB. cocl' B. castoreū B.

amoniacu thimiamatos ana ʒ VIII, piperis grana XL, dulci resolue et da ad quantitatem fabe cum mellicrato. Aliud. sinapis ʒ I, nitri afri triobolon, elacterii diachalcon, quod est hemiobolion; confice omnia in trociscos VIII. da uero II per dies II; purgant enim sine tristitia. in suffocatis uero da afronitri ʒ III cum ydromellis ciathis III; et cum cardamomo aliquando subito iuuat. facit uero sciaticis.

## CLXXIV. DE PERIPNEVMONIA.

Peripneumonia flegmon pulmonis est frequenter in catarris uehementibus aut sinanchi aut astmati aut pleuresi aut aliis facta egritudinibus; est quando ea incipit per se passio. sequitur autem hos dypsnia, febris acuta et feruida et grauedo et tensio pectoris, rogmos et multe circa faciem repletionis susceptio ad superiora faciente inpetum materia more ignis. rubee autem eis male apparent, et oculi intumuerunt, et deorsum uertuntur palpebre, et ceratoides subpingues uidentur. signis uero in calorem declinantibus erisipilatodem flegmonem pulmonis suspicandum. in his ergo, que sunt ex casu aliarum egritudinum in hanc transeuntium flebotomiam quidem uitandum, et maxime, si inueterati sint, aut et, si contigit in principio egritudinis primum flebotomatos esse. clisterizandum autem uentrem in remissionibus difficilem existentem, et sicias apponendum nulla re inpediente circa pectus et circa latera bone magnitudinis et multas cum caraxatione. si uero peripneumonie statim a principio incepit passio, permittentibus quidem ad hoc nu-

1 amoniacū timiamatos B. piperis] *comp.* AB. 3 nitri] *om.* B. elacterii] elacca ʒ XII B. diacalcon B. 4 emiobol$^i$on B. 6 da] di B. ydromellis ciathis] B, idromellis ciatis A. 8 peripleumonia B. 10 astamathi B. pl'esi B. 12 dypsnia] A, disnia B. accuta B. 13 *Mg.* ϱουμο A. 14 repl'otionis B. susceptio] B, *corr. ex* supsceptio A. 16 *Mg.* κεϱατωειδεσ A. 17 uidentur] A, uiu B. *Supra* erisipilatodem *add.* id est ex rubea colera A. 19 aliarum] *corr. ex* aliorum AB. in — 20 uitandum] B, *mg.* A. 19 hanc] B, hac A. 20 flebotomiam quidem] B, fleuotomia A. sint] B, *corr. ex* sunt A. 26 quidem] B, quide A.

meris flebotomizandum; si uero non, sicyas apponendum istis secundum uirtutem facientes sanguinis euacuationem. sorbitiones uero accipiant de suco ptisane aut farre cum melle aut ex amaris amicdalis cum simila aut farre dulcium aliquo admixto potuum, ydromilo aut apomelitos aut ydrorosatu. bonum autem et recens butirum coclearia III; prius autem bibendum ficuum cum ysopo decoctionem et ireos cocte in mellicrato aut ireos solute quantum II coclearia et sparse in mellicrato. hoc et deorsum purgat. ad custodiam uero uirtutis frequentius eos potandum mellicrato solo et cum pituidis. et sicyas superponere oportet pectori et lateribus et ciprinum cerotum habens irin aut cerotum de piganino oleo et iri sicca et de cera et rasina, medullaque et butiro et isopo et iri sicca et nardino miro.

## CLXXV. DE SPVTO SANGVINIS.

Si secundum rupturam sanguinis fiat sputum, multum euacuabitur, et aliquando quidem ex manifesta causa, uelut quia cecidit, uel clamore et huiusmodi, aliquando uero ex oculta, uelut plenitudine aut frigiditate inmoderata; frigidum enim uenas rumpere dicit Ypocrates. si uero secundum consuntionem, non simul sed paulatim sanguinis reiectio fit acribus quibusdam et malis cibis precedentibus aut abstinentia aut catarro acri. si uero secundum anastomasin, nichil eorum, que dicta sunt, quoniam neque plenitudo precedit, humidior uero et calidior dieta et lauacrorum inmoderatus usus et nimium in calidis locis habitatio his

---

1 sitias B. 3 cum — 4 farre] A, *om.* B. 4 cum] c̄ A. 5 amixto B. ydromilo] B, idromilio A. apomielitos B. ydrorosatu] B, ydrorosatum A. 6 cocl' B, *ut saepius.* 7 ysopo] B, isopo A. 9 spase B. 10 solo mellicrato B. 11 *Mg.* *πιτυιδεσ* A. sitias B. superponere] superpone A, supponere B. 12 yrim B. 13 et de — 14 sicca] A, *om.* B. 16 Si] ( )i *e corr.* B. 18 quia cecidit] A, *supra add.* ex casu; quia ex casu cecidit B. 21 consuntionem] A, *supra add.* ∴, *mg.* ∴ *κατα διαβροσιν*; consumptionem B. 22 abstinentinentia B. 23 catarro acri] B, *corr. ex* catarru acro A. anastomasim B, *mg.* *αναστομασιν* A.

causa uidebitur, et neque in flegmonibus neque in febribus neque in doloribus fiet, quemadmodum in his que secundum diabrosin, per contrarium autem melius ferunt et quasi conueniens habent euacuato superfluo. si uero emorroides et purgatio mulierum restricte sint, et periculum soluent. hec eadem et his, qui propter plenitudinem in ruptura euacuantur, bona accident, nisi propter ulcus aut propter inmoderatam euacuationem ledantur. si uero secundum anabrosin, sanguinis euacuatio numquam ad bonum fit. et si per uomitum reiciatur, manifestum, quod ex his que circa stomacum aut uentrem fertur partibus, in quibus et per sellam depositus est, quando euacuatur. si uero cum tusse, ex spiritualibus meatibus. sed siquidem spumosus sit et subalbus et ex plenitudine reiciatur sine dolore et tribulatione, ex pulmone manifestatur ferri; in quibus tempore procedente et febris sequetur continua, et maxime his, qui secundum diabrosin, et aliquid pulmonis substantie aut urogchion aut uena reicietur. vidi quendam ex pulmone expuentem sanguinem procedente tempore cum maxima tusse et multo sanguine lapides expuentem IIII aut V asperos quemadmodum tribulos, magnitudo uero sicut ceratia III uel IIII; et propter hec quidem alleuiatus est, post paulo uero in ptisin incidit et mortuus est. si uero aliquando et flegmatica reiectio fiat cum leuiore tusse aut et screatu, spumosum et leue sit, quod reicitur, ab aspera arteria scito reiectionem. si uero niger sit sanguis et globosus et dolorem significat secundum locum, a torace reiectio declaratur, ex pulmone aut urongco facta assumtione. si uero cum screatu, ex his

---

1 uidebitur] uidebatur AB. 3 dyabrosim B. cuntrarium B. 4 euacuatio *comp.* B. superfluam B. emorroydes B. 5 sint restricte B. 6 plenitudinem] B, plenitudine A. 8 anabrosim B. 13 ex] et B. sit] fit B. 15 manifatur B. 17 diabrosim B. *Mg.* βρογχιον A. 18 expuentem] B, expauentem A. 22 hec] hoc B. post paulo] B, paulo post A. 23 ptisin] tisin A, ptisim B. 24 reicti B. aut et screatu] aut excreatu A, et aut sciratum B. 25 sit] fit B. 28 *Mg.* βρογχο A. assumptione B. sciratu B.

que circa faringa ex hiperoa reicietur. si uero aliquando a capite distillet, cum quadam titillatione et tusse eicitur, defluente eo ad laringa et deinde reiecto; hec autem acer maxime catarrus aut capitis dolor aut grauedo precedit. fit autem aliquando per yperoam sanguinis euacuatio et propter sanguissugam deglutitam et adherentem alicui partium; sed de hac quidem in peri dilitirium dicetur sermone.

## CLXXVI. CVRATIO.

Emanantes uero sanguinem statim flebotomare, si non nimis acer catarrus sit, et mediocriter auferre secundum uirtutem et ligare extremitates et fricare cum oleo ueteri calido aut sicionio excepto capite, cibum uero afferre triticeum sucum habentem aliquid austerum, ut mala granata, mala apia, et ipsa simul coquantur. dormituro uero da ex ilectru trocisco et tertia dierum da mellis cocti paululum lingere. si uero hec uincantur perseuerante egritudine, radens caput inpone de stercore agrestium columbarum et post III oras accipiens medicamentum ad balneum duc nequaquam ungens caput; deinde nutriens sorbitionibus ante somnum da de tiriaca antidoto. rursum sequenti dans similiter frica totum corpus excepto capite; ei uero cerotum inponendum diatapsias aut aliud aliquid, et sorbitionibus deinde utendum. perseuerante autem sicyam occipiti apponendum. si uero ualde acer catarrus sit, flebotomiam quidem uitandum, cibus uero et adiutoriis, que dicta sunt prius in sermone de catarro, utende et his, que modo dicentur. eorum uero, qui

---

1 faringa] B, faringua A. *Mg.* ⊢υπερωα A. 3 laringā B. hoc B. 4 precedit] B, *supra scr.* A. 5 yperoam] A, *supra add.* id est per superiora; iperoam B. emanatio B. 6 sanguisugam B. aderentem B. 7 quidem] qd' B. dilitarium B. *Mg.* διλιτιριων A. 9 emanantes] B, emantes A. 10 aufferre B. 12 siccionio B. 14 apia] A, *supra add.* uel pira; appia B. 15 iletru B. 18 horas B. medicamentum] B, medicantum A. 20 dans] *corr. ex* da B. 21 imponendum B. 22 diatapsia B. aliquid] B, aliquod A. et] ex B. 23 siciam B. 24 flebotomia B. 26 utende] A, utendum B.

propter frigiditatem sanguinem spuunt, calefaciendum thoracem cum his, que desiccant, et dia dio pipereon dandum cum trocisco di ilectru. eos uero, qui a spiritualibus meatibus propter rupturam aut anastomasin reiciunt, flebotomandum, nisi multitudo sanguinis feratur. omnes autem reclinandum in locis boni aeris in lecto inmobili secundum erectam positionem obseruantes uehementer respirare et loqui. imponendum autem patientibus partibus spongias ex oxicrato tepido, post VII^mam^ uero succidis lanis cum roseo aut mirtino aut lentiscino, aliquando quidem cum aceto, aliquando cum uino austero. multo uero fluxu existente gyrin et manna cum aceto superponemus aut stiptercam aut acaciam aut florem mali granati aut gallam cum aceto aut finicas cum alfita et malis cidoniis coctas uino austero. post hec uero et dia iteon superponendum emplastrum, et maxime mediocri existente fluxu. per os uero hec. andrachni comesta facit, efficacior uero sucus eius bibitus; balaustium, rubi fructus et flos, quercus cortex interior et quod sub operculo glandis; maxime uero coquentes eis utuntur. fagi uero et prini efficacior rion, samios aster ad omne sanguinis sputum, limnia sfragis, lapis ematitis solutus cum suco mali granati aut poligoni; quantitas uero lapidis quantum gramma. conposita uero dia electru trociscus et dia coralliu et dia egiptias acanthis et xirion conpositum ex terra asteros et limnias sfragidos equalia bonum est quan-

---

1 thoracem] B, toracem A. 3 trocisco] B, trocischo A. di ilectru] A, *mg.* διLεκτϱϐ; dulcetru B. meatibus] B, *supra scr.* A. 4 anastomasim B. flebotomandum — 5 feratur] *om.* B. 6 locum B. 9 VII B. sucidis B. 12 gyrin] A, *supra add.* id est intiba; girin B; *mg.* γυϱιν A. 13 acatiam B. 14 alfita] alfitai? A, a'sta B. 15 *Mg.* ιτεον A. 16 per os] post B. andrachmi ɔmesta B. 17 efficacior] B, efficcatior A. bibitur B. 18 *Mg.* ινώδεσ id est neruosum A. 20 rion] AB, *supra add.* id est n̄uo A, *mg.* ϱηον A. samios aster] samio aster A, samo|sast B. 21 emathitis B. 22 lapidis] B, lapis A. 23 eleatrum B. 24 achantis B. xirion] *supra* conpositum *add.* A, *mg* ξηϱιον; *om.* B. 25 austero B. sfragidos] fragidos AB. quantum bonum est B.

tum II coclearia bibitum in duobus ciathis arnoglose suci. Aliud. limnias sfragidos ʒ XVI, samiu asteros ʒ VIII, amilu ʒ VIII, sarcocolle ʒ IIII, comeos ʒ II, xiriu coclearium I cum decoctionum ciathis duobus. sorbeant uero et oxicratum frigidum aut fenicum aut malorum aut apiorum aut elicon uitis aut huiusmodi alicuius decoctionem. nutriant uero, si uirtus permittat, circa secundam aut tertiam horam, si uero non, circa quartam; sit uero panis infusus in frigida aut alix aut far cum aliquo stipticorum sucorum, ut mali granati aut myrtorum aut omfacomellis, aut oua sorbilia aut aliquid eorum, que de lacte fiunt, cum aliquo stipticorum. olerum uero serim, cicoriam, arnoglossam coctam cum inmaturo oleo uel aceto. pomorum uero mala, apius, mespila, mala granata, cranu fructum. potus uero his, qui non febricitant, uinum aquosum paucum esto, febricitantibus uero eorum, qui dicti sunt, aliquis potuum aut cibiraticon ydromilon. et uomentes sanguinem eadem faciendum, cibum uero sumere frequenter solum uitantes; facile curabiles enim sunt isti, eo quod et ea, que bibuntur, adiutoriorum e contrario occurrunt sanguinem manantibus partibus. sanguine uero circa uentrem conglobato coagulum bibendum, et maxime leporinum, aut ficus cinerem cum aqua aut thymum aut thibram cum aceto, aut et ex scistu lacte eos euacuande

---

1 cocl'r B. bibitum] *om.* B. ciathis] B, ciatis A. 2 sfragidos] *corr. ex* fragidos A, fragidos B. XVI] A, VI B. samiu] B, sami A. amilu] *corr. ex* amilo? A, *om.* B. 3 ʒ VIII] *om.* B. sarcolle B. coclearium] cocl'r B, cocleariu A. 4 ciathis] B, ciatis A. 5 elicon] A, *mg.* *ελικων*; alicon B. 6 *Supra* nutriant *add.* id est sumant cibum A. 7 permittat] B, permittit A. 8 quartam] IIII B. 9 ut] aut AB. 10 mirtorum B. onfaco mellis B. 11 aliquid] *om.* B. stiptiquorum B. 12 *Mg.* *σεριν* A. arnoglossam] B, arnoglosam A. 13 malapius B. *Mg.* *απίως* A. 14 cranu] B; cranum A, *supra add.* id est cornus. fructu B. non] *supra scr.* B. 15 parum B. 16 cibiraticon] cybiraticon A, *mg.* *κιβιράτικον bis*; cibariticon B. ydromilon] B, idromilon A. 19 e] ē A, ē e B. 21 cohagulum B. bibendum] B, *om.* A. 22 thimum B. 23 thibram] A, *supra add.* id est satureia; *mg.* *θυμβραν*; chibram B. aceto] B, *seq.*

aut ex aloe. in his uero, qui ex iperoa spuunt, ex stipticis gargarismis utendum, et fronti et capiti afferendum ea, que his, qui ex naribus sanguinem fundunt, proferuntur. hec emoptoicorum cura, quam studiose oportet facere propter inmoderate euacuationis periculum; multitudo enim euacuationis quemadmodum in iugulatis citam efficiet mortem, passionis uero perseuerantia ad thisin minatur transitum. omnibus igitur secundum rationem patratis et cessante fluxu sanguinis reficiendum eos piscem concedentes et porcellorum pedes et cerebra et perfricare corpus precipientes obseruare et balneorum continuum usum et uini potionem et iracundiam et uenerem.

## CLXXVII. DE EMPIICIS ET FTHISICIS.

Empiima circa uacua thoracis aut circa ipezocota consistit, aliquando quidem propter sanguinis reiectionem non cicatrico ulcere, in quo et fthisin statim sequitur, si ex pulmone reiectio, aliquando uero flegmone existente et rupto, quemadmodum in pleureticis. est quando fit et propter fluxum, qui fit ex capite. signa igitur adhuc consistentis empyimatis grauedo erit thoracis et tussis continua sicca cum dolore, est quando et cum humiditate, in qua et putantur alleuiari; febricitatio circa principia eis fit infirma et inordinata et discretat. in ruptura uero apostematis uehementius febricitant cum quodam frigdore, in locutione uero

---

1 *litt.* (e?) *del.* A. et] B, *om.* A. cistu B. *Mg.* σχισтȣ A. euacuande] A, euacuandum B.
3 qui] que B. 4 emothoycorum B. curā B. 5 imoderate B. 6 efficiet] A, *supra add.* uel afferet; effiet B. 7 thisin] A, ptisim B. 8 igitur] A, ergo B. paratis B. 9 ) medentes B. 12 uentrem B. 13 empicis et ptisis B. 14 empima B. *Mg.* εμποιιμα A. ipezocota] *corr. ex* ipezecota A, ipexecota B. *Mg.* υπεξοκοτα A. 15 quidem] *om.* B. reiectionem] B, *corr. ex* reiectionis A. non cicatrico] A, nuntiatrico B; *scrib.* non cicatricato. 16 fthisin] *corr. ex* ftisin A, stisim B. statim] *om.* B. 18 pl'eticis B. est] est et B. et] *om.* B. 19 igitur] A, eius B. 20 empimatis B. conti' B. 21 et (*pr.*)] *supra scr.* B. 23 discretat] AB; *scrib.* discrita. apostematis] B, apostematicis A. uehmentius B.

turbantur spiritu. rupto uero apostemate putredo reicitur, aliquando quidem pura, aliquando uero quasi fex, et aliquando quidem sursum rumpitur apostema, quando et periculosius est, aliquando uero deorsum, et eorum que deorsum hoc in uentrem et intestinum transfertur, hoc uero in uesicam translatione per uasa quedam facta. febricitant autem semper ectica febre, donec expurgentur; quod nisi maturetur, citius in fthisin transit empiima pulmone putredinem suscipiente; qua iam consistente maxille liuide fiunt, et in fronte et collo resudatio fit, carnes uero tabefiunt, et ungues curuantur et pingues et subalbi aut subpallidi apparent. passione uero dominante uenter turbatur, et ypocondria reuelluntur, et sitis eos plurimum habet et fastidium, et, quod reicitur, fetidum est ualde.

## CLXXVIII. CVRATIO.

Oportet igitur primum quidem digestioni empiimatos cooperari cum spongiis calefacientes et cataplasmantes ex farina ordei cum caricis coctis et resina pauca et columbarum stercore et nitro et euisco. cooperatur uero rupture et in latus, quod non patitur, reclinatio. sorbeant uero per interualla mellicratum et sucum ptisane cum melle; fortiores uero bibant apozima isopi et thimi cum melle. cooperantur autem ad rupturam et salsi cibi et dia coloquintidos iera.

## CLXXIX. CATAPOTIE ANTE SOMNVM ACCIPIENDE.

Incipiente uero egeri putredine rursus dare apozimam ysopi et ireos et gliquiritie elixatorum in mellicrato aut gliquiri-

---

2 fex] B, sex A. 5 tranfertur B. uesicam] uesica AB. 7 ethica B. *Supra* maturetur *add.* uel fiat A. 8 fthisin] *corr. ex* ftisin A, ptisim B. pul'one B. 12 uet' B, ypocondria] B, ipocondria A. 16 empiimatos] eperiimatos A, eperumatos B. 18 carricis B. columba B. 19 cohoperatur B. 21 fortiores — 22 melle] *om.* B. 22 cohoperantur B. 24 cataputie B. 25 Incipiente] B, icipiente A. apozimam] AB. ysopi] B, isopi A. 26 gliquiritiam B.

ciam solutam cum sisamo, et cataplasmare gyri in mellicrato et oleo elixate. difficili uero ad purgandum putredine existente conpositis utendum, ut est dia prassium simplum et conpositum et diorobon; dandum et filoxenu appellatum. his uero, qui in fthisin incidunt, da capitata porra cominutata in sorbitionibus ex farre aut ptisana; et secundum se uero bis cocta dandum. aqua uero, quam bibunt, pluuialis esto, et mellicratum ex ea. cataplasmentur uero secundum principia requiei his, que sunt de lini semine et giri de elixatura fenogreci aut malue et oleo et melle et foliis altee. tempore uero pretereunte ad cerota transeundum dia butiru et ciprino et dafnino et iri, et mnaseu utendum emplastro. reumatizantium uero thoraci dia iteon superponendum, et prius potandum eos his, que superius in empiicis simplicia dicta sunt, et quibusdam conpositorum. tusse uero difficulter dominante thymum et ysopum cum suco gliciricie melle crudo resoluens et formans sub lingua da tenere. conueniet autem eis et mitridati ex dialimaton antidotum et dia echidnon. abtum uero his adiutorium et armenia bolos bibita et esdra antidotum nichil minus his, que dicta sunt.

## CLXXX. DE PLEVRETIDE.

Proprie pleuritis flegmon circa latera ypezocotos menbrane est, cui concurrit dipsnia et tussis et continua febris et dolor perueniens usque ad clauem et ypocondrium. discernis autem pleuritim ab eo qui in epate flegmone; et enim in illa omnia hec apparent. pleuriticis quidem pungens

2 elixare B. 4 xiloxenu B. 5 fthisin] *corr. ex* ftisin A, ptisin B. capita B. 6 ) minutata B. 11 foleis B. 12 dapfnino B. mnaseu] tinnaseu A, mnaseum B. 13 emplastrum B. reumatizandum B. dia iteon] A, *supra add.* id est salìs; diatteon B. 16 thimum B. ysopum] B, isopum A. 18 ex] et B. *Mg.* *διαλιματ̀* A. 19 diachidnon B. abtum] A, alterum B. 23 pleurias? B. *Mg.* *υπεξοκοτο·* A. 24 cuii B. 25 *Supra* clauem *add.* id est humeros A. ypocondrium] B, ipocondrium A. 26 pl'etin B. 27 pl'eacis B.

dolor fit et tussem, aliquando quidem sine sputo, quando et indigestam declarat egritudinem, aliquando uero et sputum reiciunt demonstratiuum passionem operantis humoris; rubeum siquidem et subsanguineum sanguine habundante reicitur, xanthon uero et subpallidum rubea colera, quemadmodum album et subspumosum flegmate; in melancolico uero humore nigrius; et pulsum durum et incidentem habent. his uero, qui in epate flegmonem habent, neque pungens dolor est neque pulsus adeo durus, sed et tussis semper sicca et sine sputo fit, et facies sine colore fit. quecumque pleuretides propter flegmonem, qui est extra musculos, fiunt, que neque proprie sunt pleuretides, sine tussi, sine sputo, sine duro pulsu, si quis manu attractauerit patientem locum, dolent, et nisi diaforesin recipiat, putridus tumor postea extrinsecus ad incisionem tendit eo qui est in menbrana ipezocoti circa latera flegmone aut pleuretide non ad hoc tendente; illa enim, si non purgetur aut exterius aut interius empiima, in peripneumoniam transit.

## CLXXXI. CVRATIO.

Si igitur usque ad clauem dolor extenditur, flebotomandum eos; si uero ad ipocondria, deorsum purgandum. iuniores uero omnes flebotomant metuentes, arbitror, ex purgatione turbationem. non permittente uero uirtute neutrum facere clisteribus acribus utendum. et siquidem mediocris sit dolor, post clistere dandum eis mellicratum .et ptisane aut farris sucum; declinante uero passione addendum sucis porrum

1 fit] B, sit A. quidem — 2 aliquando] *om.* B. 3 dem-r'atiuum B. 5 xanthon] A, *supra add.* id est rubeum; xanton B. subpallidum] B, -p- *corr. ex* t? A. 6 subspamosum? B. 7 *Supra* incidentem *add.* uel secantem A. 9 est] *om.* B. 10 fit, et] B, sit et A. 11 pl'etides B. 12 pl'eades B. 14 diafforesim B. *Supra* putridus *add.* uel putrefactus A. 15 qui] quod B. 16 inpezocoti B. pl'etide B. 17 aut interius] B, *supra scr.* A. 18 empiima] B, empyma A. 20 flebotomandum] *comp.* B, flebothomandum A. 22 purgationem B. 24 medic$^{z}$s B.

aut calamentin aut glichona, et urtice semen cum melle lingant. vehementes uero dolores post euacuationem paragorizandum lane calide aut sulfurate superpositione aut ex milio uel furfuribus in sacello calefactionibus aut ex calida aqua uel olei infusione et lane succide superpositione aut oleo in uesica et lanam succidam superponere cum oleo et uino marino, scilicet sale inposito, aut diaspermo cataplasmandum ex apozima camemeleon et altee aut caricarum et ireos et absinthii et mellis pauci cum oleo nardino; circa quartam uero diem ciba sorbitionibus cum pauco melle; post VII^mam^ uero electuarium ex amigdalis et urtice semine in melle confectis dabimus aut ex butyro et melle electuarium, et ex melle cocto ponendum sub lingua. epitimatibus uero dysodi et dia samsucii et piganino emplastro secundum dolentem utimur locum; et bulbi cum axungia positi multotiens adiuuerunt. vngendum uero eos ex butiro et terebintina. efficaciorum uero electuarium diapituidon et amigdalarum amararum et linispermu et strombilii et amili equaliter cum melle demus. insomnietate uero laborantibus eis et diacodion electuarium conueniet et antidoto athanasia, et ad hoc conpositis utamur. post XIIII^mam^ uero permanente passione sicyas ponendum, et custodiendum subtiliorem dietam, et deinde declinatione facta ad lauacrum ducendum obseruantes frigidum, et grossiori dieta utendum. si uero non habens diaforesin ypezocotos flegmon in putredinem manifestat transmutationem, his, que prius dicta sunt, utendum.

---

1 calamentum B. glicona B. 2 ligant B. paragoricandum B. 3 superpositione] B, *corr. ex* superpositionem A. 5 succide] B, suctide A. 6 uesicam B. sucidam B. 7 uino marino] nomanno B. 8 apocima B. astee B. cotricarum ureos B. 9 absinthii] B, absintii A. 11 VII^mam^] VII^ma^ A, VII B. elatuarium B. 12 buttiro B. el'rium B. 13 ex melle] A, oximelle B. epimatibus B. 14 disodi B. samficum B. 16 buttiro B. 17 efficaciorum] B, efficatiorum A. el'rium A. *Mg.* διαπιτυιδον A. amigda|dalarum B. 20 el'rium B. 21 utimur B. XIIII^mam^] XIIII^ma^ A, XIIII B. 22 sicias B. 24 crossiori B. 25 ypezocotos] ipesozotos A, ypesozotos B.

## CLXXXII. AD DOLORES LATERVM SINE FEBRIBVS.

Laterum uero dolores sine febre bdellium sanat et costus, caulis tirsis conbustis cineri et adipi conmixta; diaforeticum enim ualde farmacum.

## CLXXXIII. DE CORDIS PASSIONIBVS.

Ipsum quidem cor secundum propriam passionem patiens longe est a medicorum cura subitam inferens mortem et in flegmonibus eo et erisipila et distemperantiis uehementibus in acutissimis febribus aut emorrogia uulnerato, secundum sinistrum maxime uentrem. secundum conpassionem uero patiens ex cerebro et epate et ore uentris et tristitia et timore et aliis pluribus faciet que dicitur sincopin, que est subita uirtutis abscisio, que ex solutionibus et lipothimiis et pusillanimitatibus et extremitatum infrigdationibus et resudationibus demonstratur. que uehemens quidem existens et ipsa insanabilium est, adhuc autem aliquantum uirtute manente est quando adiuuatur. pulsus uero cordis uehementes fiunt aliquotiens ex plenitudine aut feruore sanguinis, qui est in eo. ipsum uero calefactum magnam facit et assiduam suspirationem, infrigdatum uero paruam et raram. cordis igitur sincopis omnem curam in secundo libro diximus; tantum tamen addendum hic, quod dominante casu post extremitatum perfricationes et unctiones et purgationes cataplasmandum sudantes partes corporis mirto soluta aut cimolia aut electro aut floribus mali granati cum manna aut samia terra cum gummi. extremitates uero infrigdatas usque ad inguina et ascellas cataplasmandum sinapi aut

---

2 costius B. 3 tirsis] A, arsis B. 7 *Supra* subitam *add.* uel acutam A. 9 emorogia B. 10 uero] A, uero maxime B. 11 tumore B. 13 abscio B. lipothimiis] B, lypothimiis A. 14 pusillanitatibus B. *Deinde supra add.* demonstratus A. 15 quidem] siquidem B. 16 aliquantum] aliquid cum B. 17 quando] $\overline{qn}$ B, que A. 19 adssiduam B. 20 spirationem B. 23 frictiones *comp.* B, *supra add.* per. 24 cathaplasmand' B; *similiter saepius.* 25 ele$^{c}$tro B.

piretro aut adarci. cibus uero panis ex aqua aut ex uino frigido mixto, pedes porcellini, angcile, richi, aues omnes frigide. caput uero et frontem ungere umfacino aut aliquo stipticorum cum gummi aut decoctione rosarum. cataplasma uero ypocondriis et stomaco ex fenicibus, rosis, inanthi, acacia, ypoquistidos, stipterea.

## CLXXXIV. DE PVLSV CORDIS.

Vidi quendam, dicit Galienus, per annum ueris tempore patientem pulsum cordis, et quoniam tribus annis temptatus est, flebotomia adiuuante peruenit ad quartum flebotomatus, priusquam teneretur a passione, et non tenebatur, et ita fecit deinde pluribus annis conuenienti utens dieta, sed tamen sic mortuus est, priusquam senesceret, quemadmodum et alii omnes. alii quidem in febribus acutis repente sincopin patientes similiter mortui sunt; quidam uero eorum et sine sincopi apoplexie modo uitam mutauerunt repente. plures uero sic patientium etas quidem pauciorum quidem L annorum, plurium uero XL.

## CLXXXV. DE HIS, QUE CIRCA MAMILLAS FIVNT.

Post partum coagulatum lac in mamillis flegmones operatur; vtendum igitur in principio quidem his. spongiam mollem oxicrato tepido infundens et exprimens superpone et liga apposite, et finicas cum oxicrato solue tritas, aut ouo toto utende cum roseo et cum paruo ceroto, aut stipterea et psillio cum corianno aut andragni cataplasma aut lapidem piritin solutum cum ceroto superponens liga. exten-

**1** pirretro B, *ut saepius.* panis ạṇ' ex B. **2** pocellini B. *Mg.* αγκυλαι A. angeile B. *Mg.* ϱυγχη A. **4** ro B. **5** ypocondriis] -is *e corr.* B. accatia B. *Mg.* οιναν^ϑ^ δ̣οσ A. **11** a] B, et A. **16** sine] s̅m̅ B. **18** L] B, *om.* A. **19** his] A, *mg.* B; hiis B. **20** cohagulatum B, *ut saepius.* **23** *Mg.* φοινϊκασ A. solue] A, *om.* B. **24** utende] A, utendum B. stiptea B. **25** andragni] B, *corr. ex* andragne A. **26** piritin] A, putā B. ceroto, *del.,* B. liga] *om.* B.

sione uero facta aut trumbositate panem ex ydroleo, aut inomelitos cataplasma aut panem cum perdiciade uiridi cum ceroto bis in die aut fabe farinam cum ydromelle aut elixatura. si uero non ferant grauedinem, infusione ex dulci oleo utende calido cum lanis sucidis. calefaciendum autem eos fumo calide aque aut elixatura tileos aut altee aut selini spermatis. cataplasmandum autem eos gyri cum linospermo aut tili cum ydromelle aut sisamo cum melle aut butiro soluto. vitare autem oportet mamillarum expressionem per sugillationem. declinante uero flegmone cerota superponendum eis; betam coquens oleo, usque dum resoluatur, ipsam quidem proice, adde uero oleo cere aliquantum et utere. Aliud. ouorum crudorum uitella X misce ceroto habenti cere ÷ II et ς et rosei ÷ IIII, et mouens cum spatula mitte murie, quantum recipere potest, et rursus cum spatula mouens utere. ad mamillarum uero duritias facit et diamelitos et omnia malactica farmaca. in apostasin uero conuerso tumore his, que in parotidis dicta sunt, et his, que dicenda sunt de apostematibus, utendum.

## CLXXXVI. DE COMESTIONE MAMILLARVM.

Uini adriani boni sextarios II, roos uirsodepsicu lib. I, ciparissi fructus lib. I, galle umfacine nigre, cassie ana ÷ VI contrita infunde uino per dies X, deinde coquentur comata cyparissina spata, donec prope ad medium consumantur, et tunc herbe proicientur, sucus uero coquetur usque ad mellis spissitudinem, deinde ponetur in uitreo uase; utere in depastis locis puro. si uero spissius, uino liquefiat. dis-

---

1 trumbositate] B, trumbositatem A. 2 perdiciade] *corr. ex* perdiade B; *supra add.* id est ū - - a? 5 utende] A, utendum B. *Supra* sucidis *add.* uel nouellis A. 6 lixatura B. 7 eos autem B. giri B. linosperma B. 8 ydromelle] B, idromelle A. aut — melle] B, *supra scr.* A. sysamo B. 9 vitare] A, utere B. expressione B. 10 declinantes B. 11 betam] B, betas A. ipa B. 15—16 mouens cum spatula B. 17 apostasi B. 19 de apostematibus dicenda sut B. 21 roos] rob' B. 23 uino] in uino B coquantur B. 24 cyparissina] cyparissima A, ciparisina B. consumuntur B. 25 proiciantur B.

positum farmacum ualet et ad depastiones, que fiunt in mamillis, et ad aures putredinem manantes et gingiuas fetentes et disinterias; est autem et dolorum mitigatorium lacti mixtum. et alias uero mamillarum ulcerationes comuniter aliis ulceribus curandum.

## CLXXXVII. CONSERVANTIA MAMILLARVM.

Ciminum cum aqua terens cataplasma pectus, deinde exterius superpone spongiam ex oxierato, stringe pectus ligatura; post tres uero dies ciminum tollens cataplasma pectus lilii bulbis cum melle et ligans rursum dimitte III dies, et hoc fac ter in mense. Aliud. conion soluens superpone per dies VIIII et spongiam extrinsecus, sicut dictum est, et interponens paucas dies ipsum fac. et cotis limatura conseruat uirginum mamillas.

## CLXXXVIII. AD ASCELLARVM FETORES ET SVDORES.

Stipteree liquide partem I, smirne partem I, uino dissoluens utere. Aliud. molibdenam conburens et uino boni odoris extinguens tere cum uino paululum myrre addens usque ad glutinis spissitudinem et utere. Aliud. lithargiri ʒ XVI, mirre ʒ II, amomi ʒ I, uino dissolue. Aliud. stipteree liquide ʒ VIII, amomi, myrre, nardostachii ana ʒ IIII, uino resolue et utere.

## CLXXXIX. DE HIS QVE CIRCA STOMACHVM ET YPOCONDRIAM ET VENTREM.

De eo quidem quod in febribus fastidio et perfecto comedendi odio et canino appetitu et inbecillitate stomachi et

---

4 mamīllarum B. 6 mamillas B. 7 extius B. 10 cum melle] B, cummmelle A. 13 *Supra* interponens *add.* relinquens A. paucas] A, *supra add.* reliquas; paucos B. totis B. 15 fetorem et sudorem B. 16 partem (*alt.*)] B, parte A. 17 *Supra* molibdenam *add.* id est plumbum A. 18 hodoris B. mirre B, *ut semper.* 19 gluttīs B. litargiri B. 20 XVI] A, VI B. di$^{c}$solue B. Aliud] B, ali$^{u}$d A. stipteree liquide] B, stipterea liquida A. 22 di$^{s}$solue B. 23 stomacum B. 26 inbecillitate] B, inbeccillitate A. stomachi] *comp.* B, *ut semper fere.*

lipothimia, adhuc uero et siti et singultu et nausia et sincopi, in his que de febribus primo et secundo libro determinatum est, et item de eisdem dicere non oportunum. flegmones autem stomachi et epatis indigent stipticorum admixtione; si enim per calasticam deductionem solam curet aliquis, periculum adducet de uita. oportet ergo, siue oleum sit, quod superinfunditur, siue cataplasma, continere aliquid stipticorum, uelut absinthium aut nardinum ungentum aut milinum aut cidoninum simul cocta. cerotum uero est, quod continue utimur, cere albe ÷ I, estate uero ʒ VII, aloe, mastice ana ʒ I, olei umfacini aut milini et nardi, ad necessitatem quod sufficit. si uero adhuc indigeat stipticis, ita ut nichil ciborum retineat, admisceatur et umfaci ʒ I et absinthii suci tantundem et tertia pars in eis ypoquistidos et inanthis et ru suci. adaugere uero oportet ceroti quantitatem secundum proportionem aliorum farmacum. perseuerante autem flegmone et in duritiam uerso iam magis uaria farmaca afferre conuenit et habentia aromatum aliquid et malacticorum et diaforeticorum, ut est dia melilotum conpositum et filagrianon et euuodes. viridis iaspidis multitudo suspensus a collo, ita ut tangat stomachum, maxime adiuuat. in calidis uero stomachi distemperantiis et ardoribus cum dissolutione et defectu anime aut quodam fastidio ex qualibet occasione excepta febris frigidam aquam da cum omfaci suco aut malorum citoniorum elixaturam aut fila uitis aut siciu semen soluta cum frigida. superpone uero stomacho uesicam replens aqua frigida aut cucurbite decoctiones, et que sitim non faciunt, catapotias dandum. refrigeratorium uero et confortatiuum stomachi laxi hoc. rosarum uiridium

---

**1** lipochimia B. et nausia] A, *om.* B. sincopis B. **3** item] AB, *scrib.* iterum. **4** admistione B, *ut saepe.* **7** superinfundatur B. **8** absinthium] B, absintium A. **10** ÷] *om.* B. **11** umfacini] B, ufacini A. melini B. **13** absinthii] B, absintii A. **14** ypoquistidos] B, ipoquistidos A. **15** inanthis] *corr. ex* inantis B. **19** diafforeticorum B, *ut saepe.* **20** filagrianon] B, filargianon A. enuodes B. **21** ad collum B. tangat] B, *corr. ex* tanga A. **23** disolutione B. **24** ūfaci B. **26** siciu] *corr. ex* sicium A, ficui B. **28** cathapotias B. **29** *Mg.* πλαδομ̈τ° A.

foliorum ʒ VI, gliciritie suci ʒ IIII, uino dulci resolue, et fac ypoglocia. in his uero, que propter spissum flegma calefieri et incidi indigent, utile est hoc. maratri radicis corticis ÷ II, aceti sextarium I et ς, aloe ÷ III, mellis sextarios IIII, radices cum aceto elixate teruntur et proiciuntur, mel uero additum coquetur satis et tunc soluta aspergetur; da coclearia III cum aqua. quidam uero sine aloe faciunt illud; et dia calamenthis his abtum. in his uero, in quibus acescit cibus, coriannu seminis ʒ I quasi alfiton spargens in aqua da bibere aut masticis coclearium I aut thridacos albe seminis coclearia II. conpositum autem hoc. piperis ʒ I, aneti seminis ʒ III, cimini ʒ IIII, soluens da ante somnum coclearium I in uino mixto. in his uero, que faciunt fel nigrum et inflant stomachum, in extensionibus superpone spongias aceto acerrimo infusas; postea uero, si permaneant, stiptercam cum ere soluto et melle resoluens superpone; bibat uero sereos sucum, aut potui mentam insperge. in inflatis uero et extensis stomachum calamentis elixatura miscens mellis et piperis, quod satis est, da. ad subuersiones uero stomachi mala granata acida, tritici suci partes III, mente suci partem I coquens, usque dum conuertatur, da ante cibum mistrum I.

## CXC. ALIVD AD SALIVATIONEM STOMACHI.

Acetum squilliticum aut salsarum elearum ius aut thallie elixatura perfundatur, aut et paululum ex ea deglutiat. omnium autem magis facit aloe soluta aqua. ad eos uero,

---

1 gliquiritie B. 2 ypoglocia] B, *corr. ex* ypocondria A. flegma calefieri] fieri B. 3 radicis] *corr. ex* radices B. 4 sextarium] sex B, *ut alibi*. 5 IIII] 4 B. teruntur] B, ceruntur A. 8 calamentis B. his] B, *om.* A. abtu B. 9 acess$^{c}$it B. alfiton] alsiton AB. 10 thridaccos B. 11 piperis] *comp.* AB. 12 I] B, *corr. ex* II A. IIII] 4 B. 13 *Supra* faciunt *add.* uel generant A. 15 permaneant] B, *corr. ex* permaneat A. stiptercam] stipterea AB. 18 in] *om.* B. 22 *Mg.* μυστρ̀ A. 25 aut] et B. elearum] B, coclearum A. talie *mut. in* tallie B. *Mg.* ϑαλλιε A.

qui non retinent cibum, quos proprie ueteres stomachicos nominant, melli miscens fenogreci farinam et malue semen solue siccum et fac cataplasma, cerotum uero de cera et irino oleo, ypostatmis et castoreo.

## CXCI. DE ANOREXIA.

Anorexia ciborum est fastidium aut distemperantia existente circa stomachum aut humorum superfluitate. agnosces autem calidam distemperantiam siti et mordacibus et fetidis eructuationibus, si coacti aliquid comederint, et frigidiora magis et indigestibilia possunt digerere. frigidam uero contrariis; neque enim sitiunt neque frigida appetunt, et acidi ructus aliquando fiunt. eorum uero, qui propter humores fastidiunt, alii propter tenues et mordaces hoc patientes mordentur stomacum et nauseant magis et sitiunt; quibus uero putrefiunt humores, aliquando et febricitant. qui uero propter pingues et glutinosos sine mordacitate quidem et siti omnino sunt; comunis uero casus omnibus est nausia. sed si in sinu uentris fuerint humores, eos euoment; si uero in tunicis inherentes aut inbuti, nauseabunt solum, non uoment nisi cibos, si oblati fuerint. propter calidam igitur distemperantiam fastidientes per refrigerantium dietam, et maxime eorum que ex aceto. panem igitur in oxicrato dare his, et ipsum bibere oxicratum et oxigala, et que a romanis appellatur melca, est autem uelut aliquid de lacte, et intubas et lactucas et aliquando frigidam aquam, et omnia competenter secundum existentis distemperantie contrarietatem; inmoderatus enim horum usus non solum non profuit, sed et insanabilem sepius operatus est passionem. eos uero qui propter frigiditatem contrariis sanare conuenit uinum uetus

---

1 retinent] B, retinuent A. 2 fenugreci B. 4 irino] B, yrino A. ypostatmis] B, ipostatmis A. 7 adgnoscens B. 8 *Supra* fetidis *add.* uel sordidis A. 9 coacti] B, *ante* -t- *1 litt. del.* A. 10 indigeribilia B. contrariis] *bis* B. 11 accidi B. 12 ructus] B, ructunt A. 16 mordicitate B. 19 in$^{her}$entes B. non] B, *seq. 1 litt. del.* A. 23 a] B, et A. 24 mela B. 28 et] *om.* B. passione B.

dantem bibere et conditum et ydrogaron et anisi et rute et petroselini elixaturam aut piper cum aqua calida aut uino aut ipsum dia trion pipereon aut dia calamentis. dabis autem et de tiriaca echitnon, cum propter plenitudinem humorum fastidientibus non sit apta. allia uero his et ut cibus et ut farmacum sunt conuenientia. propter plenitudinem uero humorum fastidio existente tenues quidem et mordaces euacuabis aut per uomitus aut per inferiorem uentrem. voment igitur facile bene temperatam aquam aut mellicratum aquosum prius bibentes, melius autem, si ante hec humidas dederis escas aut ptisane sucum aut ouorum lechitus. quo modo uero quis facile uomat, in primo dictum est libro. si uero difficilis ad uomendum laborans sit, melius ad inferiorem uentrem materiam conuertere prius humectantem hos plurimo et bene temperato cibo. catarticum uero farmacum esto aut de aloe picron aut ex cidoniis malis recipientes et scamoniam aut dia rodomelitos; si uero possunt sine scamonia aloe multitudine magis eos uacuare, melius, si faciat, eo quod scamonia cacostomacho. eos uero, qui propter pingues et glutinosos humores fastidiunt, sanabis subtilians hos et incidens cum oximelle et his, que ex hoc et muria conponuntur, ut capparis, oliuarum, sinapis et similium. non incongrua uero his et propter frigidam distemperantiam fastidientibus dicta, et maxime post euacuationem; vacuabis autem eos ex iuliani oximelle. extrinsecus uero his, que calefacere et confortare stomachum possunt, utendum et ungentis et malagmatibus, qualia sunt

---

**1** ydrogaron] B, idrogaron A. **2** petrosellini B, *ut saepius.* **3** trion] B, trio A. **4** tiriaca] *corr. ex* tririaca A, tyriaca B. echitnon] A*, supra add.* uel de carne; y[h]hitnon B, *post* y- *1 litt. del.?* **12** *Mg.* λεκιτσο A. **13** la|rans B. **15** hos] os AB. **16** maliis B. **17** scamoniam] B, scamoneam A. rodomelitos] B. romelitos A. **18** scamonia] B, squamonea A. eos uacuare] euacuare B. **19** scamonia] B, scamonea A. cacostomaco B. **20** fastidiunt] fastidium AB. **21** hos] os B. **23** similium] similiu et B. **24** di[s]temperantiam B. dicta] B, dieta A. **25** ex] *corr. ex* et B.

maxime dia umfacum et marciaton et consueta ungenta. epithimata uero uaion et euuodes et similia. exercitia et fricationes maxime assumantur. ad eos uero, qui difficile digerunt, et fastidientes propter frigidum et humidum humorem et huiusmodi distemperantiam, ea que de malis cidoniis conueniunt; dico autem miloplacontium appellatum et quod de suco malorum et quod de carnibus eorum et dia citriu confectum. malagmata uero marciaton et dia umfacos suco et uaion et poliarcium et similia. vlcere uero existente in stomaco aut uentre omnibus quidem acribus abstinere cibis et potibus et medicaminibus, uti uero mitigantibus ut sorbitionibus absque oleo et his que de amilo et terra samia et limnia sfragidi et lacte aut melle minimo. itaque et purgare sine mordicatione. epithima uero dia fenicum et cidoniorum alfita. cerotum ex milino aut rodino cum amoniaco et libano et nileos epithima. emplastra uero dia iteon et iquesios. cognosces uero ulcus ex sanguinis et putredinis uomitu.

## CXCII. AD DISSOLVTVM ET IMBECCILLEM STOMACHVM.

Aloe, masuca, mastice, storacis ana ∸ II, absinthii, inantis ana ∸ III, glaucinu ∸ VI, milinu ∸ IIII, uini quod sufficit; quidam et cyfeos et rosarum ana ∸ II; hec soluta suscipiuntur purpura aut lana et superponuntur stomacho. quidam et cere ∸ VI adiungentes epithima id faciunt.

---

1 unguenta B. 2 epithimata] B, epitimata A. euuodes] euotides B. 3 assummantur B. 4 et (*pr.*)] ex B. fastidientes] B, fastidiantes A. 5 et] ex B. huiusmodi] hi' B, *ut plerumque.* distemperantia B. 8 citriu] B, *corr. ex* citrium A. 9 uaioon B. 11 cibis] cib' B, cibus A. ut] aut B. 13 limnia sfragidi] B, limnias frigidi A. aut] ac B. 14 epithima] B, epitima A. diaffenicum B. 15 milio B. 16 et nileos] *bis* B. empl'm (a supra m) B. *Mg.* νειλεωσ A. 17 *Mg.* ικεσιωσ A. 19 disolutum B. imbecillem B. 20 absinthii] B, absintii A. larantis B. 21 ana] *om.* B. melinu B. 22 quida B. cyfeos] cyseos A, ciseos B. ana] *om.* B. 23 suscipiunt B.

## CXCIII. AD TORTIONES STOMACHI, HOC EST VALIDOS DOLORES.

Amazonon trociscus aptum est farmacum; huius autem descriptionem et aliorum stomaticorum in ultimo libro inuenies. [stomachum confortat embroca ex absinthio et uino et oleo milino et glaucino.]

## CXCIV. DE VENTRIS VENTOSITATE.

Ventositatum in uentre generatio humorum aut ciborum in fumos dissolutorum a caliditate tepida constat; frigiditas enim, quod nata sit attenuare uel dissoluere, nichil generat uentositatis. valida uero caliditas non solum extenuans, sed et diaforesin faciens prohibet uentositatem. minor uero caliditas coquit quidem et mutat cibum, tardius uero et inde generatio uentositatum. extenuare igitur ea ex calidis oportet coquentes in oleo ciminum, selinum, spondilium, dauci semen. frigiditatis uero existente dispositione piganum et dafnidas et melantium et maratri semen coquere in oleo et miscere aspaltum et oleum dafninum. si uero et flegmon adsit cum doloribus, pro his, que calefaciunt, uteris calasticis aneto coquens et miscens adipem galline et anseris. facit autem ad inflatos polii manipulus elixatus et calamentis elixatura mixto melle pauco et piperis ʒ I. hec igitur dolore ualido incidente afferendum; in mediocri uero sufficiunt et calefactiones ex milio. sicia uero bone magnitudinis circumplectens umbilicum simul multotiens repellit casum. adiuuat autem et castoreum eos bibitum cum oxicrato et extrinsecus cum oleo sicionio appositum, et, si cum conuer-

---

3 trocisscus B, *ut saepius*. 5 stomachum — 6 glaucino] *mg*. A, *om*. B. 10 atenuare B. 11 extenuas B. 12 diffo-resim B. 13 coquit] B; coquitur A, *supra add*. uel deponunt. 17 [d]afnidas B. marratri B, *ut saepius*. 19 adsit] *mut. in* assit B. 20 addipem B, *ut saepius*. anxeris B, *ut saepius*. 21 ad] et B. et — 22 elixatura] B, *supra scr*. A. 22 piperis] *comp*. AB. 23 uallido B. 25 multotiens simul B. 26 et (*alt*.)] *om*. B. 27 siccionio B, *ut saepius*.

sione sint uentositates, porcinus astragalos ustus et bibitus conuersiones et uentositates sanat et aristologia rotunda. dolores autem uentris, qui propter emfraxin fiunt, et propter spissitudinem uentositates aut propter frigiditatem uinum potatum purum post cibum adiuuat; somno uero superueniente perfectius eas repellit.

## CXCV. DE CHOLERA ET DIARRIA.

Cholera uentris est inmoderata conturbatio, que fit inferius et per uomitum propter continentem ciborum indigestionem. indigesti uero fiunt aliquando propter multos malos cibos, aliquando uero propter malorum humorum habundantiam. si ergo est nauseans et exprimens, qui laborat, manentibus adhuc cibis indigestis in uentre, bibere eis precipimus aquam tepidam et prouocare uomitum inmissione digitorum aut pennarum; cooperandum autem et ei, que per uentrem fit, egestioni. post superfluorum uero euacuationem quiete et calefactione circa ypocondria utendum ex dulci oleo cum uino pauco aut masticino, aut nardino, si hiems sit, et dormire precipiendum, post perfectam uero digestionem lauacris utende et euchimo cibo. permanente uero fluxu, et uentre decidente et pulsu inminuto et frequenti cataplasmare quidem ex fenicibus cum inanthi et ypocistidos suco et acacia et cortice mali granati; dare autem absorbere aque mediocriter frigide ciathum. melius autem, si elixatura sit rosarum aut inanthi aut ru aut elicorum uitis, aut sucum mali granati oxiglici dandum idiosmum pau-

1 *Supra* astragalos *add.* id est ceuilla pedis A. 4 uentositatis B. 5 potatum] A, ponticum B. cibum] B, *seq. 1 litt.* (a?) *del.* A. uero] *om.* B. 7 cholera] *corr. ex* colera A, colera B. 8 colera B. 9 continentem] continentiam A, ịcontinentiam B. ciborum ç B. 11 uero] B, *om.* A. 13 eis bibere B. 15 cohoperandum B, *ut saepius.* 16 egestioni] B, *corr. ex* estestione A. 19 yemps B. et] *om.* B. 20 utende] A, utendum B. ehuchimo B. 22 inanti B. ypocistidos] ipocistidos A, ypoquistidos B. 23 dandum B. absorbere] B, obserbere A. 24 aque] ea que AB. ciathum] B, ciatum A. sit lixatura B. 25 hinanti B. eliquorum B. *Mg.* *ελικωνϰη* A. 26 sucum] sucus AB. ydiosmum B.

cum aspergentem. acrioribus existentibus egestionibus et calore et siti facta siciu sperma dandum cum aque ciathis III et intubas et lactucas coctas in oxicrato comedant. in represso uero fluxu existente uinum dande austerum, non febrientibus quidem palmatianum aut amineum aut spatitin aut omfacomellito, frebrientibus uero roiton aut myrtiton aut quiuiraticon ydromilon et potum cum micis panis aut alica aut condro. si uero reiciant cibos, aliquid pomorum masticantes, mespila aut pira aut cidonia aut mala granata, carnem et durum expuant. non retinentibus uero cibum siciam magnam uacuam stomacho apponendum, posita uero hac nutriendum eos aliquo eorum, que dicta sunt. ad contractiones uero, que fiunt ex spasmo, oleo infuso panno calida musculis circumponere et cerota liquida habentia aliquid castorei et sicionii; ad hec uero aqua calida perfundendum colum. si uero et insomnes fiant, his, que ad insomnietatem dicta sunt, utendum non prohibente uirtute, et dia codion eos potandum. in declinatione uero ad lauacrum ducendum et reficiendum eos galline pullis aut columbe aut porcorum pedibus aut similibus. diarria uero corruptio ciborum existens sepius sponte quiescit non cibatis eis usque ad perfectam digestionem et euacuationem corruptorum; permanente uero his que in colera utendum.

CXCVI. DE LIENTERIA ET COILIACA DISPOSITIONE.

Duobus modis existente lienteria, hac quidem propter ulcerationem, que fit in superficie intestinorum, secundum

2 siti] sta B. aqua B. ciathis] B, ciatis A. 3 intubas] B, *corr. ex* intubat A. coctas] *om.* B. conmedant B. 4 dande] A, dandum B. 5 palmaticinum B. aminenum B. spatitin] B, spatium A. 6 onfacomellicrato B. mirtiton B. 7 quiuiraticon] quiraticon A, quiurraicon B. 8 alica] B, aliqua A. 9 citonia B. 10 durcī B. retinentibus] B, reicientibus A. siciam] sicia A, sicciam B. 11 magnam] B, magna A. uacuam] B, *corr. ex* euacuam A. stomacho] *om.* B. postea B. 13 spasmo] B, pasmo A. infuso panno] AB, *scrib.* infusa panna. calido B. 14 aliquid habentia B. 15 *Post* hec *del.* s A. 16 collum B. 23 cola B. 24 coiliaca] *mg.* B, ciliaca A, coyliaca B. 25 lientia B.

quosdam uero et propter cicatricem ex disinteria multotiens ex intestinorum facta reumatismo, hac uero propter infirmitatem retinentis cibum in uentre uirtutis. secundam opinor differentiam ei, que coiliaci dicitur, conplicari dispositioni. et enim in hac infirmitate uentre digerere cibos indigesta et humida egerunt reumatizante in omnibus uentre; sed in lientericis exitus ciborum subitus fit, et indigestio uehementior est, ita ut monstretur acceptus cibus; et in his maxime discernuntur a coiliacis. cataplasmandum igitur eos lini semine cum foinicibus. summe autem facit et echinos et batus cocta cum oximelle. ventositate uero consistente cyminum et anetum et piganum miscendum. crescente uero inflatione simul mittimus malum cidonium, stiptercam liquidam, acaciam, ypoquistida, gallam, aut quedam aut omnia. cerota ex mirtino cum aliquo stiptico uino. epithimata uero calidiora dia dafnidum et dia spermaton. magis stiptica uero dia inanthis et dia gigarton et antillu et eritriu mirabile. perseuerante uero egritudine et dropace utendum circa uentrem et ex sinapi ceroto et ipso sinapi. potus uero simplices quidem arnoglosse semen aut lapatii semen aut mali granati cortices aut sorbas siccas et umfacum siccum ex aminea uite quantum III oboli, non febrientibus cum uini austeri ciathis VI, febrientibus uero cum aqua pluuiali. extrinsecus stomacho apponitur gallorum uenter siccus inspersus potui; et diuretica uero, ut selinum, adian-

---

1 ex disenteria] *corr. ex* et disenteriam B. 2 reumatissmo B. infirmitatis B. 3 secundam] B, secundum A. 4 coiliaci] coiliacci B, coiliaca A. 5 *Supra* infirmitate *add.* non ualente A. digere B. 7 et — 8 cibus] *om.* B. 9 cataplasmandum] cataplsmandum A, cathapl'mandum B. 10 foinicibus] A, *supra add.* id est iricinus uel spina castanee (*cfr. mg.*); fornicibus B. *Mg.* εχυν (o *supra*) iricius uel spina (s- *corr. ex* f) castanee A. 11 *Supra* batus (*del.*) *add.* ianthus A. ciminum B. 13 mittamus B. malum] modum B. 16 flafnidum B. spermatos B. 17 inantis B. gigarton] gygarton A, gigarcon B. ertoriu B. 18 uero] *om.* B. 20 arnoglosse] B, arnoglose A. lapacii B. 22 ex] et ex B. 23 ciathis] B, ciatis A. 24 *Mg.* ησσον A.

tum et similia, potata transpositionem operantur. conposita uero poliidu sfragis est et de electro trociscus et de egiptia acantho et clauis appellatus et dia spermaton. et hoc autem optimum est, lapatii agrestis semen ÷ I et ς, arnoglosse semen ÷ I, ypoquistidos suci ʒ VI, gummi aut acacia misce cidoniorum tritorum elixatura. Aliud. cimini, piperis, mali granati sicci ʒ I, misce potui aut misce oximelli mane, uespere. Aliud. mirtorum nigrorum coclearium ς, anisi, rosarum siccarum ana coclearium ς, finicobalanos XX, fac trociscos et da ʒ I cum aqua aut cum potione; et ex uiperarum tiriaca his optimum est adiutorium. cibus uero acri quidem et colerica existente egestione ex condro et oriza et alica et similibus fit coctis cum eis stipticorum aliquibus, piro, malo cidonio, mespila et similibus; et coctum lac his congruit aut uinum aquosum tenue, aut aliqua dulcium esto potionum. flegmatica uero eis egerentibus ad contraria cibum ducamus et semina aliqua eustomaca admiscentes, anisum aut ciminum aut selini semen, et lenticula sepe decocta eos adiuuit comesta cum aceto pauco aut oximelle et caules bis cocti et ipsi; bonum uero secundam decoctionem eorum in oxicrato fieri. vinum uero uetustius et calidius bibant.

## CXCVII. DE TENESMO.

Tenesmus est quidem quando disinteriam precedit, sepe uero et ipse per se paululum factus quiescit; est uero passio desiderium ad egestionem nichil egerens nisi pauca sanguinea aut mixta, que fere totius causa erant egritudinis, et tumidus flegmon secundum longaonem factus desiderium eis prestat stercoris et appetitum egestionis. Galienus narrat

2 poliidu sfragis] B, poliidus fragis A. egiptia] *mut. in* egiptiaca B, egiptiaca A. 3 appellatur B. 5 *Supra* misce *add.* uel resolue A. 6 cimni B. piperis] *comp.* AB. 7 sicci] A, suci B. 8 annisi B. 13 alica] B, aliqua A. fit] sit AB. ||aliquibus ||stipticorum B. 14 malo cidonio] B, malacidonio A. 15 uino B. 16 eis] *bis* B. 19 adiuuat B. et] aut B. 20 secundam] secundum *comp.* B. 23 disinteria~ *corr. ex* disinteria B. 27 longitudinem B.

et lapidem quendam per sellam egestum esse in tenasmi extensionibus. sepe uero et propter enfraxin stercoris secundum subtile intestinum existentem tenesmos secutus est, in stipticis quidem amplius augmentatus, ex clistere uero acriori, ut mellicrati cum sale, aut ex aliquo malactico per os, ut prunis, caricis, linozosti, sero lactis, egesto stercore statim requiescens. absque igitur huiusmodi causa facto tenesmo conuenit quidem flegmonem conuenientibus calidis et que ex uino et oleo mirtino aut rodino aut umfacino embrocis circa lunbos et sub umbilico positis mitigare, que uero sunt inplicita longaoni stercora per mellicrati iniectionem abstergere. et muria sepius inposita, quod oportuit, effecit; sufficiunt autem et salis ʒ VI in cocleario aque calide. consolari autem dolores et tensiones encathismate ex feno greco aut malua aut lini semine. alii uero sepius fecerunt et hoc encathisma. rubi et mirti et timi et lauri uiridium equalium coque in aqua; est autem marcellium. in profundo uero flegmone et pruritu existentibus inmittendum triticeum sucum cum aliquo stipticorum decoctum. et oleum dulce inpositum et retentum horis pluribus dolorem soluit. frequenti uero sessione exsistente et encathismata ex stipticis calidis ano apponantur aut furfures calidi in ligatura aut spongia aut aliquid talium.

## CXCVIII. DE DISINTERIA.

Dysinteria ulceratio est intestinorum, aliquando quidem ex tenesmo aut aliqua earum, que dicte sunt, uentris perturbatione facta, aliquando uero ipsa per se incipit, in qua egestiones fiunt primum cholerice uarie, deinde sanguinee, et in fine icoroides, quales ex mortuorum consueuerunt

---

1 quendam] q̄dam B. 3 tenasmos B. 6 prunis] primis A, prinis B. linoxosti B. *Mg.* λινοξωστεωσ A. 8 flegmonibus B. 9 embroca B. 10 umbelico B. 11 longaoni] B, longuaoni A. 12 effecit] *corr. ex* efecit B, efficit A. 13 sufficiunt] B, *corr. ex* suffiiciunt A. 14 feno] fu B. 20 horis] *corr. ex* oris B. frequentius B. 21 sexione B. exsistente] *supra add.* A, *om.* B. *Mg.* αγαϑιδα A. 25 est ulceratio B. 26 dicte] B, dicta A. 27 per se ipsa B. 28 colerice B. 29 ycoreides B.

fluere corporibus. a cholera uero nigra incipiens disinteria mortem significans est cum ulceratione demonstrans cancer. si igitur admixta stercori ulcerationis egerit signa cum doloribus et conuersionibus, in subtilibus intestinis cognosce ulcerationem per os maxime adiutoriis indigentem; si uero sine admixtione stercus exeat, grossiorum est intestinorum clisteribus magis adquiescens. quando uero multi egestio sanguinis sola fit, passionem ematiran disenteriam dicunt. egeritur quidem aliquando et sanguis nigrior eo qui secundum naturam non digerente bene epate datum cibum, et propter inbeccillitatem retinentis et comutantis eius uirtutis sepe egeruntur per uentrem similia carnium recentium lauature. ipateram uero hanc uocant disinteriam, de qua in tractatu de epate dicemus. comuniter igitur his, que dicta sunt in ciliacorum et aliorum preter naturam egestione, utendum; proprie uero limnia sfragis etiam depascentem sanat dysinteriam et potata et inmissa prius abluto intestino mellicrato, et deinde muria, et andragnis sucus aptus dysintericis bibitus et ipsa andragni cocta in oxicrato comesta. congruit autem et arnoglosa et rubi fructus et folia et altee radicis elixatura, ippuris ex aqua aut uino bibita et sucus eius, mori inmaturus fructus siccatus et hoc magis rubina mora similiter siccata. desiccant autem circa uentrem reumata et oua in aceto cocta et comesta; melius autem, si miscens eis aliquid eorum que ad dysinteriam frigas et des comedere.. vtilissimum uero est ad hoc umfacium, rus erithros et sucus eius, cortex mali granati, galla, gigarta,

---

1 colera B. 4 *Supra* conuersionibus *add.* uel tortionibus A. subtibus B. 6 exeat] B, *om.* A. 7 aquiescens B. 8 fit] B, sit A. ematira B. *Mg.* εματηραμ A. disinteriam B. 9 aliquando] B, aliq̄n *corr. ex* aliq̄m A. sanguis] B, sanguinis A. 10 epate] A, *om.* B. 11 et] *om.* B. inbecillitatem B. ꝯ mutantis B. 13 disinteriam] B, -sint- *e corr.* A. 16 limnia sfragis] limnias fragis AB. 17 disinteriam B. potata] *corr. ex* potatam A, potatā B. 19 disintericis B. andrangni costa B. 22 fucus B. inmaturus] B; inmaturis A, *mg.* :u :rus 25 *Post* que *del.* d A. disinteriam B. frigas] A, *om.* B.

mespila, myrta, crania, testudinum omnium conbustorum cinis. conpositum uero hoc. testudinum cineris partes IIII, galle partes II, piperis partem I, puluerem faciens cibis insperge in aqua aut uino albo aquoso da bibere; ualde adiuuat dysentericos, quibus nondum putridum ulcus factum. et canum ossa comedentium stercus siccum cum lacte coagulato per fluuialium lapidum inpositionem potatum maxime iuuat. conposita uero ex egiptia acantho trociscus est et filipi et qui de ceruino cornu et qui dia pente et trigonos et ex macere catapotie mirabiles. obtimus autem et iste, opii, croci, licii indici, acacie, mali granati, libani, galle, ypoquistidos, corticis mali granati, myrre, aloe equalia, in aqua da III obolos. Alius. mali granati ʒ VIII, galle, sidion ana ʒ IIII, da coclearium I in uino. Alius. mali granati ʒ VIII, galle, acacie, gummi ana ʒ II, opii ʒ I, da ʒ I in uino mixto. electuarium autem eis conueniet hoc. myrtorum nigrorum xesti I, ru syriacu sexti I, fenicon tebaicon lib̄. I, malorum cidoniorum carnium lib̄. I, mala granata acida cum corticibus X, uini stiptici sextaria XII; coque, donec tertia pars deficiat, et colans adde mellis lib̄. VI et coquens usque ad spissitudinem da lingere. manifestum uero, quoniam et cataplasmata ex stipticis erunt, quorum materiam habes. clistere uero dysentericis conueniet propter molestantes tenasmos sucus orize aut condru aut alicuius huiusmodi cum adipe caprino aut ircino et ea, que dicta sunt de tenesmo. si uero sanguis distillet, inmittendum su-

---

1 mespilla B. mirta B. *Supra* crania *add.* cornus A. 3 piperis] *comp.* AB. cibis] *corr. ex* ciuis B. 6 cohagulato B, *ut saepius.* 7 *Mg.* καχληκων A. 8 egipcia B. 9 philipi B. 10 catapocie B. optimus B. 11 mali] B, *corr. ex* mal A. 12 ypoquistidos] B, ipoquistidos A. 13 Aliud B. mali] B, ma A. fidion B. 14 Aliud B. 15 acatie B. 16 elactoarium B. 17 mirtorum B, *ut saepius.* xesti] B, sexti A. siriacu B. sexti] AB. fenicon] B, fenicom A. tebaicon] B, tebaicum A 18 citoniorum B. 19 accida B. 20 VI] *corr. ex* III B. 24 horize B. alicuius] B, alcius A. 25 ircino] yrcino B, irino A. 26 inmittentum B, *sed corr.*

cum poligoni aut arnoglosse cum acacia aut ypoquistidos aut alicuius huiusmodi. si uero decurrat, aliquid, quod sanguinem teneat, inmittere, ut cinerem succide lane aut spongie noue infuse pici liquide aut ematicoio aut stipteree humide conbuste aut onidos ligno; et andronos trociscus bonum farmacum est et musa et similia, et subposita colliria ualde operatiua sunt, in quibus maxime et dolores circa egestiones fiunt. consumptione uero existente circa intestina, quam cognoscimus et fetore et putredine egestorum, et quia non a principio statim sed post tempus fit, escaroticis clisteribus utamur, quales sunt faustiani appellati trocisci et qui ex carta et uicinos et tetromos et qui de suberibus cum lentis elixatura aut alicuius stipticorum inmissi. et hec ualde probatorum est enema. umfacidos conbuste, est autem cauum, ex quo nascitur quercus glans, quo utuntur coriarii, arsenicu, sinfitu, ru siriacu tantundem, his tritis quantum coclearia II miscens sucum orize et sucum enchusis spinosum et latum et nigrum habentis folium, quam cirospelethon uocant, et ouorum albo equaliter, quantum ÷ II aut III inmitte. epithimata uero in ciliacis dicta et que circa uentrem inunctiones stiptice et desiccantis materie existentes cum aliquo adherentium, gummi, libano, taurocollis, girios. cibus uero his oua cum lacte in principio sit et deinde ex triticeis sorbitiones, et secundum se et cum lacte cocte, et lac mediocriter coctum bonum est. olerum uero non necessarius quidem usus, tamen dandum degustare serin coctam et intubam, et arnoglossam et bis coctum caulem. pomorum

---

**1** poligonii B. arnoglosse] B, arnoglose A. accatia B. **3** im|mtere B. ut] aut B. sucide B. **4** pice B. ematicoio] AB, *scrib.* emati boio. **5** ligno] A, ligna B. **6** supposita B. **8** cum sumptione B. **9** ɔ gnoscimus B. **10** set B. escaroticis] A, *supra add.* id est ardentibus; excaroticis B. **11** faustiani] faustinia A, saustiani B. **12** quarta et uthanos et tethromos B. **13** *Supra* inmissi *add.* infusi A. **14** probatum B. **15** quercus] B, querqus A. **16** arsenitu B. sinfitij B. firiacu B. **17** encusis B. *Mg.* εγχȣσησ A. **18** arospeleton B. *Mg.* χοιροσπελεθον A. **21** desiccantis] B, desicantis A. **22** girios] A, *supra add.* id est intiba; garios B. **27** arnoglossam] B, arnoglosam A.

uero stiptica expuentibus carnes eorum et his, que possunt intestina aspera reddere. multa uero calida distemperantia existente et intuba danda cruda, et aquam absorbeant frigidam; alius uero potus aqua pluuialis sit, incisionem uero patiente stomacho et uinum. in posterum uero et auium sicciores et digestibiles accipiant et balneis utantur dulcibus. si uero reumatizent ad hec, spongiam magnam aut micas panis infundens uino aut alicui stipticorum calido superpone uniuersaliter uentri et alligans ita balneari precipe.

## CIC. DE COLICA DISPOSITIONE.

Colon pars existens grossioris intestini ortum quidem a dextro habet ilio, ad sinistrum uero fertur in modum zone. dolores autem huic difficillimi fiunt propter plurimas causas; aut enim propter spissum aut flegmaticum humorem relictum in medio tunicarum eius aut propter spiritum crassum et inflantem non habentem exitum aut propter flegmonem intestini aut propter acres et mordaces humores. propter spissum igitur et flegmaticum dolentes humorem per totum quidem uentrem in profundo dolor fit, maxime uero secundum positionem coli perforationis fit sensibilitas, et tortiones hos molestant et eructuationes et nausie et uomitus uarii, maxime flegmatis, et uenter eis tenetur, ut neque uentus exeat. egestum uero aliquando stercus uoluito simile uidetur, leue et uentositatis plenum. precedit autem maxime frigidorum et spissum humorem nutrientium ciborum continua oblatio et repletio et indigestio et ocium; his uero, qui propter spiritum uentositatis dolent, tensionis magis sensus fit; his

---

**1** et] B, ex A; *fort. scrib.* aut. **3** existentes B. cruda danda B. **6** ducibus B. **7** hoc B. **9** uniuersaliter] *comp.* B; ui|nuiuersaliter A, -ue- *e corr.* **10** dispositione] A, *mg.* B; passione B. **11** crossioris B. **12** ilio] alio A, ylio B. **14** religatum B. **15** crossum B. **16** flegmonē B, -ē *e corr.* **19** sit? B. **20** fit] B, *om.* A. **21** nausee B. *Supra* uarii *add.* uel omnium A. **23** aliquando] *om.* B. *Supra* uoluito *add.* id est stercori pecorum A. **25** oblatio] B, *corr. ex* oblatione A.

uero, qui propter flegmonem, feruoris localis fit sensus et febris non parua, difficultas stercoris et urine, et pulsus molestat secundum uentrem et sitis, et cauma hos infestat et nausie et fellis magis uomitus nichil alleuiantes; et simpliciter difficillima colicarum est hec dispositionum, que in ileon minatur transitum. his uero, qui propter acres et mordaces humores dolent, quemadmodum et his qui in flegmone, et cauma et sitis et insomnietas fit. febricitant autem omnino aut illis minus et mingunt acre et colerica egerunt et sepe in uentris egestione amplius dolent et calidiorum ciborum et potuum oblatione leduntur magis. igitur propter frigidos et glutinosos et spissos humores dolores sanare conuenit non calefacientes ualde; ab his enim, que calefaciunt ualde, funduntur et inflantur magis huiusmodi humores. conuenit igitur eos et incidere et digerere ex sine inflatione extenuantibus et siccis farmacis sine calefactione multa secundum principium egritudinis. purgandum igitur uentrem conuenientibus clisteribus, oleo, in quo coctum est ciminum aut piganum cum adipe anseris aut galline, aut ex radicum sicii agrii elixatura et myrre ʒ I et mellis et olei aut ex mirra et melle et sicionio oleo. oleo uero conmuni sepe inmisso egestum uitreum flegma statim dolorem mitigauit. si uero propter uehementiam doloris enema retineant, supostorium eis faciendum ex melle, cimino, nitro, pigani semine sicco, caulis thirso bene decocto et muria infuso aut cinere caulis melli consperso aut coloquintide trita cum melle et nitro et cimino. supostoria uero digitorum sint VI, ut pertranseant angustum. inungere uero sessionem ciclaminis

---

1 localis] B, locabis A. sensus fit B. 4 nausee B. 6 yleon B. 11 *Supra* leduntur *add.* uel irritantur A. 13 ab — 14 ualde] B, *mg.* A. 14 h' moī B. 15 digerere] digere AB. ex] A, et B. 16 farmacis] B, farmaciis A. 19 radicis B. 20 agrii] B, agri A. 21 oleo uero] B, *om.* A. conmuni] A, *comn.* B. 22 mitigat B. 23 supostorium] A, suppositorium B. 25 thirso] B, tirso A. 26 ‖melli ‖caulis B. 27 supostoria] A, subpositoria B. VI sint B. 28 pertranseant] B, *corr. ex* pertranseat A. sexionem B.

suco cum melle et nitro aut centaurea cum melle et nitro. enema uero dolore permanente preter hec, que dicta sunt, sit resine terebintine ÷ I aut opopanacis ʒ I aut galbani ʒ IIII, aspalti tantumdem cum nitro ʒ I et aque ÷ I et olei piganini ÷ V aut amplius. embrocas uero in locis dolentibus faciendum de cimino aut anetino aut sicionio oleo. cataplasmandum uero trispermo cum cimino, lauri bacas, selini semine. epithimata uero dia spermaton sit et dia dafnidum et dia melilotum et poliarcium. encatismata uero eis facienda in elixatura tileos, altee, camemilon, artemisias, anethi, lauri et similium. in oleum uero calidum aut ydreleon eos inducendum; post uero absinthium et ciminum equaliter aut panaca cum aqua aut castoreum et anisum et piper ʒ I cum oximelle. non declinante uero dolore potare eos dia trion pipereon aut tyriaca, aut sinapismo et dropace utendum in remissionibus et naturalibus lauacris, aque uero potabilis lauacris abstineant, nisi propter circumstantiam doloris cogantur. statim oportet prius clisterizantes eos aliquo predictorum farmacorum abluere et calefieri precipere in calidis parietibus aspergentes aliquod smigmatum habentium nitrum. vehementi uero dolore existente et mediocriter mitigantibus utendum est, qualis est ex castoreo trociscus inmissus et potatus et his similia farmaca; nam fortia narcoticorum uitanda sunt, ad tempus quidem mitigantia, diuturniorem uero dispositionem operantia, eo quod condensent materiam et claudant intestini poros. iam uero extenuato flegmate purgemus eos ex gera acuta aut catapotiis his. aloe,

---

**3** resine] B, rasine A. terebentine B. opoponacis B. **6** aut anetino — **7** cimino] A, *om.* B. **7** baccas B. **8** epithimata] B, epitimata A. sit] *om.* B. dia dafnidum] diafnidum AB. **9** mellilotum B. emcatissata B. uero eis] ei B. **10** aneti B. **11** oleum] B, *corr. ex* oleo A. idreleon B. **13** piper] pip AB. **15** tiriaca B. **16** reissionibus B. **17** circumstantiam] circumstantia A, circumstatiam B. **18** statim] A, stoī B. **20** aliquid B. **22** est ex] ex A, est B. **25** condenpsent B. **26** claudant] B, claudent A. **27** gera] A, yera B. accuta B. cathaputiis B.

euforbii, gnidii coci puri, scamonie tantundem, datio tertia pars ʒ. dieta autem calidior et siccior eis conueniet, et in principio quidem abstinebunt, deinde et acria comedent; porra scilicet eis dandum cocta cum condito et selina et elion asparagum, cruda allia, et maxime his, qui non abhorrent ea, et de ipso condito bibant et panem cum eo accipiant. in posterum uero et reliquas euchima et bene digestibiles eis dandum escas uitantes repletionem et indigestionem. si uero spiritus inflans dolorem operetur, post enemata, que sunt sine inflatione, et potus sicie maxime cum igne adherentes uacue in toto uentre sepius suffecerunt ad curationem. flegmone uero in intestino existente flebotomemus a cubito. si uero disuria teneat, et uenam que in talo incidamus et his, que dicta sunt, utamur adiutoriis exceptis acribus et purgantibus ualide. mitigantibus uero enematibus et cataplasmatibus et infusionibus et in oleum inductione utamur et sicyas his ponamus et cerotum super uentrem habentem cere ∸ V, camemilini, nardini ana ∸ II et ϛ, fabarum farine ∸ ϛ, vitella ouorum V; suco linospermi resolue. tenui et febricitantium eos dieta nutriamus usque ad solutionem flegmonis. si uero propter acres et mordaces dolent humores, clisterizandum eos oleo, in quo decocta sit tilis aut altea cum simplici adipe recenti anseris aut galline aut suco ptisane cum rodino aut suco linospermi. potandum autem eos ex aloe picra antidotum, et lauacris utendum ex dulcibus aquis et cibis sorbilibus ex condro aut ptisana et

---

1 gnidii coci] A, cocognidii B. *Supra* puri *add.* uel mundi A. scamonee B. tm̄dem B. 3 ˒medant B. 5 elyon B. asparagum] B, aspargum A. qui] que A, quiue B. abhorrent] abherrent A, aborent B. 7 distibiles B. 10 sitie B. 11 uentre] A, cor^e B. suffecerunt] *corr. ex* defecerunt B, sufecerunt A. 12 *Supra* flegmone *add.* ˓ si de ap̂e fuerit colus A. flbmemus B. 13 disuria] B, dissuria A. 17 sitias B. *Supra* cerotum *add.* in al$\overset{o}{x}$ habetur A. 22 ‖humores ‖dolent B. 23 tilis] B, talis A. altea] *corr. ex* aleta B. recenti] B, recentia A. 24 linospermi] *corr. ex* linosperma? B. potoidum B. 25 eos] *om.* B. pigra B. antid' B. 26 pitisā B.

piscibus petrinis, et uniuersa simpliciter dieta humidior esto et frigidior. abstinere autem acribus omnibus cibis et farmacis et calefactionis per embrocas et cataplasmata et uini potione, et maxime ueteris. obtinente uero dolore, et narcoticis utendum; nocent enim minus tales dispositiones quam alias condensantia et mediocriter infricdantia tenues et mordaces humores. existimo autem, et nunc dominantem colicam dispositionem ex talibus fieri humoribus, incipiente quidem passione a regionibus italie et in aliis multis locis romanorum conuersationis crescente, in qua multis quidem in epilemsiam, aliis uero in paralisin menbrorum saluo sensu, quibusdam uero uterque factus est casus; et eorum quidem, qui in epilemsiam inciderunt, plures mortui sunt, eorum uero, qui in paralisin, plures saluati sunt, sicut in crisi transeunte causa. ita igitur egrotantes medicus quidam in italia curabat incredibilem quandam frigidam parans et audaciorem dietam; lactucas enim concedebat crudas infrigdans eas et intuba similiter ultra satietatem comedere et uuas et mala et piscium eos, qui duras carnes habent, et ostracoderma omnia et pedes bouum et similia non solum uirtute sed affectione frigida, vinum autem raro quidem, quando uero concedebat, aque frigide hoc miscebat. frigidam uero aquam aut oxicratum frigidum dabat omni alia calida et media prohibens dieta, et plurimos ita secundum non probabile sanauit et in epilempsiam et paralisin iam quosdam incipientes incidere.

4 optinente B. 6 condenpsantia B. infricdantia] A; *comp.* B, *ut semper fere.* 8 dispositionem] A, *supra scr.* B; passionem B. 9 passione] B, *corr. ex* passionem A. ytalie B. 10 conuersationibus B. ml'|multis B. 11 epilemsiam] empilemsiam A, epil'iā B. paralisim B. 13 epilemsiam] empilemsiam A, epil'iam B. inciderut B. 14 paralisim B. 16 ytalia B. frigidam] B, *om.* A. 17 audaciorem] B, audatiorem A. lactuca B. concedebat] comedebat A, ͻmedebat B. crudas] crudas et B. 18 incuba B. satietatem] B, sacitatem A. 20 hostracoderma B. omnia] comunia B. et similia] *om.* B. 22 ͻmedebat B. frigidam] B, frigida A. 23 *Post* frigidum *supra add.* bibere A. omnia B. 23—24 calida alia B. 25 sanaū B. epil'iā B. et paralisin] *supra scr.* A, et paralisim B.

## CC. DE YLEO.

Acutissima existens passio et doloris plena ileos habet quendam casum periculo grauiorem; nam retenta miserabili morte pereunt circa finem stercus per os reicientes. consistit autem passio ex indigestionibus et emfraxibus, quando corrupta fuerint ex uenenosis farmacis et ex intestinorum lapsibus in ramicem et ex flegmone intestinorum sepe colica existente dispositione. in pueris igitur embrocis et cataplasmatibus et clisteribus et supostoriis et calefactionibus, ut in colicis dictum est, curande. adolescentes uero et iuuenes flebotomandum sine dilatione secundum apoferesin. si uero non, sicias apponende per totum uentrem et multas et uacuas, secundum uero dolentem locum et cum caraxatione, et perfricandum et destringendum eorum menbra et uehementioribus clisteribus et in oleum calidum inductionibus et antidotis et purgationibus et omnibus sinpliciter que ad colicos, nisi ad eos qui propter acres et mordaces humores dolent colum. mirabiliter autem facit ad eos, etsi uomant, anetum coctum et bibitum, et post potum panem in calidam aquam mittens statim da comedere calidum. ad eos uero, qui non retinent cibum, run et ciminum terens simul da bibere in oximelle ciatis VI. eos uero, qui ex uenenata potione incidunt in ileum, uomere cogendum aque calide potu, deinde bibende oleum calidum et iura pinguia, ut rursum uomant; post aliquot uero dies tiriaca potandum, permanente uero emfraxi scisso lacte cum parua scamonea aut aloe aut aliquo catarticorum euacuare uentrem. si uero propter lapsum intestini in ramicem passio fiat, erigentes

---

3 retenta] A, retempta B; *scrib.* retenti. 5 autem] at B. quando] q̄n B *et corr. ex* q̄m A. 6 fuerit B. uenosis B. 7 colica] B, colico A. 8—9 et clisteribus cathaplasmatibus et c̣ḷị B. 9 suposịtoriis B. 10 curande] A, curand' B. 11 apoferesim B. 12 sicias] B, sycias A. apponende] A, apponendum B. 16 sinpliciter] A, *comp.* B. 17—18 dolent collum humores B. 19 uomat B. 21 tinent B. 23 ylium B. 24 bibende] A, bibendum B. calidum] A, tepidum B. et] A, ł et B; *fort. scrib.* uel. 25 tyriaca B. 26 scipho B.

eos statim pedibus erectis perfricemus in inguen delapsum intestinum et ligatura hoc coerceamus.

## CCI. DE PASSIONIBUS CIRCA RENES ET VESICAM ET PRIMUM DE LITHIASI.

Ordinem doctrine nos conpellit excedere egritudinum cognatio. comune enim est colicis et lapides habentibus in renibus in principio retineri uentrem, et ualde dolere et fastidire et non digerere et tortiones pati; proprium uero colicis quidem prolixiora hec omnia magis fieri, nefreticis uero minus, et colicis quidem secundum dextrum ilium magis esse dolorem et ascendere usque ad stomachum et epar et splen, et stercus retinere omnino, ut neque uentus exeat, quando uero ex necessitate egerunt, uentosum illud esse stercori caprino simile, et aliquando uitreum egerere flegma et urinam multam et flegmaticam egerere, nefreticis uero dolorem quidem in ipsis renibus retinere grauem ad instar aculei infixi, et testiculum, qui ex ea parte est, dolere, et obtupescere coxam partis eiusdem, et egerere sponte quidem rarius, semper uero cum clisteribus uentrem uentositatem et stercus colericum, et urinas paucas et arenosas magis dare, et densari uriticon poron. hec in renibus lapidum signa perfectis magis uiris fiunt; circa uesicam uero lapidum generatio pueris magis fieri diligit. signa autem horum indigesta et subalba urina cum arenosa ypostasi; pruriunt assidue et palpant pudendum et intendunt et frequenter ad urinam festinant et stranguiriam patiuntur. materialis igitur causa lapidum generationis est pinguis et terrenus humor, efficiens igneus calor renum aut uesice. sed in renibus quidem his, que perforant lapides et incidunt, uti farmachis sine magna caliditate; tales uero sunt basilicon, asparagi radices et rubi et uitrum

2 coherceamus B. 4 liptiasi B. 8 digere B. 9 nefreticis] B, neufreticis A. 11 et (*sec.*)] *om.* B. 13 stercori] B, *corr. ex* stercore A. 14 egere B. 15 gerere B. 17 obtupescere] A (*h. e.* obstupescere), obtumescere B. 18 gerere B. 20 urās B. densari] A, *supra add.* uel prurire; denpsare B. 21 hec] B, he A. 22 lapidum] *corr. ex* lapis B.

conbustum et graminis radix et adiantum et bdellium et lauri radicis cortex et altee semen et cicera nigra et spongiarum lapides et scilliticum acetum et fu et meum et asarum et carsia et sarxifaga et sion comestum et bibitum et scolimu radix et erisimon et prionitis; et lauacris assidue utantur et post lauacrum statim aliqua eorum, que dicta sunt, bibant, et embrocis et cataplasmatibus et calefactionibus et encatismatibus calasticis et mitigantibus utendum ex colicis ea transferentes. conpositi uero potus hi. rute agrestis et malue agrestis et selini radices coquens in uino et humidum exprimens aque miscens da coclearia II. aspersorium uero hoc. balsami fructus, lapidis spongialis, gliconos sicci, malue agrestis seminis equalia terens da coclearium cum uini mixti coeleariis duobus. siccatus uero hircinus sanguis et cicade sicce sine alis et pedibus et iudaicus lapis cum inomelle lauacri calida dentur et ex eis conposita farmaca. et nefretica pusca et ad ea conposita condita. et troglotidis eorum, que ualde laudantur, est adiutorium; est uero omnium auium minima excepto eo, qui dicitur regulus; parum enim illo solo maior est et similis ei colore medio inter cinereum et uiridem, subtilis rostri, in muris maxime degens; quod sallitum totum et crudum statim conmestum, qui facti sunt lapides, mingi facit et de cetero generari prohibet. et conbusto uero hoc toto cum pennis uiuo aut cinis omnis secundum se et cum pipere pauco cum bene temperato melle bibitus idem natus est facere. ad acutissimum uero dolorem et insomnietatem

---

3 fu] B, fun A. meum] A, meu B. 4 *Mg.* *καρσια* A. saxifaga B. *Mg.* *ξαρξιφαγὲσ et σίον* A. 5 erisimon] B, erisymon A. piontas B. 6 statim] *om.* B. aliquid B. 8 encatissmatismatibus B. 9 conpositus B. 11 aspersorum B. 14 duobus] II B. yhircinus B. 15 aliis B. 17 pu[s]ca B. 18 troglotidis] AB, *h. e.* trogloditis. 20 illo] ipso B 21 medio] B, *corr. ex* mediu A. 22 rostri] B, rostris A. 24 generari] genera *corr. ex* generali A, generaliter B. 25 toto — 26 melle] A, *om.* B. 26 pauco] *corr. ex* pauca A. 27 accutissimum B.

sotira et filonos bona farmaca, et flebotomia dolorem sepe alleuiauit subitam lapidis faciens egestionem. prohibens uero lapidum generationem esto primum quidem euchimos et moderatus cibus et exercitium et leguminum omnium et triticeorum continui usus et casei et lactis et eorum, que ex eo fiunt, et uini nigri et carnium multitudinis et omnium simpliciter pingues humores nutrientium abstinentia et ualde calidorum et acrium, ydrogagorum dico et conditorum et similium; non enim hec nondum generatos lapides prohibent consistere et iam factos perforare et eicere nata sunt. bibant uero oximel cum aliquo simpliciorum diureticorum, adianti, selini, graminis elixatura, et post balneum ieiuni ante uinum bene temperatam aquam bibant et in medio prandio frigidam sorbeant, si non aliquid prohibeat, et plenitudinem mali humoris sentientes per flebotomiam aut catarticum euacuentur. omnium uero obtimum ad obseruantiam lapidum post balneum, priusquam uinum aut cibum alium accipiat, aquam bene temperatam bibere. lapides uero in uesica in pueris ualidioribus destrues adiutoriis ex his, que dicta sunt, eligens ea. supercrescente uero lapide aut in collo uesice emfraxin faciente ex comotionibus *καϑετιϱισμω* aut et lapidis per incisionem eiectione utendum.

## CCII. DE FLEGMONE.

Si uero flegmon renum aut uesice fuerit secundum locum cum grauedine febricitatione et dolore et febri et desipientia et uomitum colerum purorum et inpotentia mingendi et maxime uesica flegmonem patiente cognitus, flebotomandum statim et mitigantibus embrocis et emplastris utendum ex

2 facies B. prohibens — 3 generationem] B, *mg.* A. 3 generationem] B, *corr. ex* egestionem A. ‖quidem ‖primum B. eu^c himos B. 4 exercitium] B, exercium A. 8 ydrogagorum] B, idrogagorum A; *h. e.* ydrogarum. 13 ‖bene temperatam aquam ‖ante uinum B. 14 prandio] pn̄d'eo B. 15 flebotomiam] *comp.* B, flebothomiam A. 16 optimum B. 17 alium] B, aliud A. 19 ualidi|ribus B. 21 emfraxim B. ɔmotionibus B. *καϑετιϱισμω*] A, *supra add.* id est purgatione; catetirisma B. 26 uomitum] AB, *scrib.* uomitu. 28 emplastris] *comp.* B, *ut saepe.*

pigano et aneto et fenogreco et altee radice et clisteribus mollientibus et iniectionibus ex oleo et micone et adipe anseris. in uesice uero et opii obolum cum mirra et croco et oleo inmittendum sessioni, et mellicratum eos bibere abstinentes a ualde diureticis et multo potu, nisi acris et colericus eis humor habundet; tunc enim potu plurimo utendum et simul aliquo sine mordicatione diureticorum. bibant uero linospermi partem I, amili partem I, coclearium in aqua, et sicii et peponis semen accipiant. si uero febrem sentiant circa renes, superponendum eis pannum infusum inorodino aut ydrorodino aut milino, aut cerotum diacroco et rodino et camemilino et uitellis ouorum mixtum cum aceto pauco, suco poligoni; posterius uero et dia chilon cum camemilino utendum. abstinere et ualde calidis propter transmutationem in putredinem et ualde infrigdantibus; indurantur enim ab his facile renes. balneis uero flegmone manente abstinere eos, et dieta febricitantium et non flegmatica utendum.

## CCIII. DE APOSTEMATE ET VLCERE VRINALIVM PARTICVLARVM.

Dolores circa ilia et inequales infrigdationes et febres inordinate significant apostasin in renibus; eam uero que circa uesicam preter ea, que dicta sunt, circa locum dolor designat; patientem uero lumbum inuenies, si homo super sanum reclinatus latus secundum oppositum doleat, quasi pendente lumbo. in quibus encatismatibus ex ydreleo utendum et cataplasmatibus ex gyreos et oleo et resina aut orobina farina cum melle aut cardamomo aut columbe fimo cum caricis. putredo uero per urinam repente eiecta declarat rupturam apostematis et ulcus in parte. quoniam autem et

---

2 mol^l^ientibus B. aḍdipe B. 3 uesice] AB. 5 a] B, et A. 9 accipiant] B, *corr. ex* accipiat A. 11 ịrọidrorodino B. 13 polligonii B. chilon] B, cilon A. 18 urinalium] *corr. ex* urinarum B. 21 signant B. apostasim B. 24 dolet̄ B. 25 emcatismatibus B. 26 aut] et B. orrobina B, *ut saepe.* 29 parte] epate B. quoniam] q̄m A, q̄n B.

sine apostemate ulcerantur urinalia propter rupturam uasis aut propter comestionem ex acri materia aut lapide incidente, determinandum eam que in lumbis ulcerationem ab ea que circa uesicam aut urinales meatus sic. lumbis quidem ulceratis secundum dorsum dolent cum grauedine et sine inpedimento mingunt, et putredo mixta urinis inuenitur carneis particulis in eis apparentibus; vesica uero ulcus habente pecten et subuentrale uehementer dolent et dissuriam patiuntur et putredinem post urinam distillant; et squame in ea fetide et petalodes feruntur, furfuree uero ypostases scabiosam demonstrant uesicam; vrinalibus uero meatibus ulceratis et mixtio putredinis medio quodam modo se habet, et quasi pili feruntur in urinis, et dolor in medio lumborum et uesice fit. si uero putredo aut sanguis egeritur et sine urinarum redditione, nullius eorum, que dicta sunt, sed ueretri monstratur ulceratio. potandum igitur ulceratos diuretica, mellicratum aut fenogreci elixaturam cum melle aut siciu sperma cum dulcore. his uero, qui putredinem mingunt, armeniam bolon dandum aut ferularum conbustarum cinerem, quantum tribus digitis tollitur, cum dulcore, et lactis potio maxime hos adiuuat. conposita uero hec. linospermum, siciu sperma, tracacanthum ana ʒ II; trociscos fac. Aliud. strombilia XX, siciu domestici grana XL, amilum ʒ I, misce in coclearia II apozime nardi, selinu sperma, ana ʒ V. Archigenes uero in epistola ad Aticum „dissuria superueniente“ dicit „accipe miconis albi sicci semen, tere ʒ I inspersam elixature squinu aut calami aut gliciritie. vlcerum uero dolores mitigat hoc. siciu semina purgata XXX, strombilia XII, amigdale amare purgate XXXV, croci quantum coloret; ieiunus accipiat cotidie cum lacte. suauius uero fiet, si pro strombiliis malue seminis tantundem acci-

---

1 sine] B, fine A. 8 petten B. 15 nullius] et nullius B. 17 fenugreci B. 18 sicui B. 19 bolo B. 21 coposita B. linospermum] *corr. ex* lanospermum A, liganospermum B. 22 sicui B. sperma] sperma et B. 23 sicui B. 24 seli B. 25 Archigenes] B, arcigenes A. 27 gliquiritie B. 28 sicui B. 31 tm̅dem B.

piat. sanare uero potest", dicit, „in uesica ulcerationes kyfi et kyfoides antidoti. ego uero in ueteribus hoc utens nequaquam indigui alio. camedrios, camepithios ana ʒ XXIIII, asari, piperis albi ana ʒ VII, cinamomi ʒ I; do coclearia II cum cretico dulcore, si uero febricitet, aque cocleariis III$^{bus}$, manifestatione uero ulceris existente et amilia II coclearia et siciu seminis XV addens, quod oportuerit, adeptus sum". hec quidem de Archigene. et dia fisallidum farmaca siue de semine agrestis malue antidotum et quod de sanguine irci utilia. superponendum uero et secundum pectinem cirota quidem de isopo abluto et butyro et adipe anserum et storace. in uesicam uero infundentes per clistere mellicratum aquosum aut lac cum pauco melle aut cum siciu semine aut album oui aut eorum, que dicta sunt, medicaminum aliquo. putrefacto uero ulcere inmittendum dia cartu trociscum aut uithinum, aut cataplasmare ex finicibus et uuis passis cum galla, acacia, ypoquistide et stipterea.

## CCIV. DE EMORRAGIA.

Infirmantes lumbi multotiens non possunt urinam continere, sed apertiores existentes deponunt aliquid sanguinis ex uena. et alias uero spissitudines deponunt sanguine fluentes renes sepe et secundum periodum, quemadmodum emorroides; euacuati uero alleuiantur. in quibus nichil oportet molestare mox represso sanguine; si uero permanet, flebotomandum a cubito, et his que ad emoptoicos et alias emorrogias medicaminibus et in renibus et in sanguinem

---

**1** kyfi] rysi AB. **2** kyfoides] kysoides A, kisoides B. **3** indigui] A, indigni hec B. camedreos B. camepithios] B, *om.* A. **4** piperis] *comp.* AB. ʒ VII] A, VI B. cinamomi] B, cinnamomi A. **5** III B. **6** amilia] A, aĩ̔li' B. II] B, I *in ras.*? A. **7** et] B, *om.* A. siciu] sycii A, sicu B. oportuerit] B, oportunt A. sum] B, sunt A. **8** hoc B. de] B, *om.* A. **9** yrci B. **10** superponedum B. pectinem] *corr. ex* pectenem B. **11** butyro] *corr. ex* buturo A, buttiro B. addipe B storace] B, torace A. **13** pauco] A, paruo (*seq.* i, *sed del.*) B. sicui B. **14** oui album B. **17** acatia B.

manante uesica utendum, maxime uero sinfiti radicem et tracacanthum uino infusa dandum eis et poligoni et arnoglosse sucum cum oxicrato aut amigdala amara cum dulcore; aut hoc, scistis ʒ I, tracacanthi ʒ II, comeos oboli V cum dulcore; et cataplasmare omilisi dia oxicratu et rodinu aut dia fenicum aut silignitu cum acacia aut ypoquistide coctas in uino stiptico aut oxicrato. vesica uero sanguinem manante uentosis circa ilia et circa renes utamur. agnoscendum uero sanguinem emittentem partem circa locum dolore, et quia mixtus est urine sanguis aut non, quemadmodum in putredine dictum est. coagulato uero sanguine in uesica cognoscimus hoc, eo quod repente retinetur urina post sanguinis mingituram, et globi quidam exeunt aut sanguinee humiditates. da uero apozimam artemisie bibere et elicrisi et conise aut rafani semen aut guttam silfiu aut quirinaicum aut selini sucum in aceto mixtum unum quodque aut leporis coagulum aut edi in oximelle aut cinerem cum oleo et spongias extrinsecus ex muria, aut cinis dandus calidus. si uero non soluatur, incidere perineum, ut in lapidem habentibus, et extrahentes globos conuenienter curare.

## CCV. DE DVRITIA RENVM.

Qvecunque uero duritie circa lunbos fiunt, dolores quidem nequaquam prestant, videtur autem eis ex ilibus suspendi, et insensibiles sunt secundum iscia, debiles uero cruribus, mingunt autem pauca, habitum uero totum ydropicis maxime similem habent. hos mollire cerotis et malagmati-

1 sinfici B. 2 tracacantum B. polligonii B. arnoglosse] B, arnoglose A. 4 tracacanthi] B, tracacanti A. 5 omili B. dia$^{o}$xicratu B. rodini B. 6 acatia B. 7 cocas B. 8 manante] B, manente A. utimur B. adgnoscendum B. 9 dolore] *corr. ex* dolorem A, dolere B. 10 sanguis] B, *corr. ex* sanguinis A. 11 cohagulato B. 13 micturam B. quidem B. 14 humiditates] B, *corr. ex* humiditas A. 15 silfiu] B, silfii A. quirinaicum] guttam quirinaicum B. 16 sucum] B, suc̄ A. quodque] coque B. 17 cohagulum B. 21 duricia B. 22 lūbos B. 23 prestantur B. ilibus] ilibus se A, ylibus B. 24 íscia B. 26 malagmatibus] B, malacmatibus A.

bus, fricationibus et calefactionibus, et diuretica afferre et uentrem clisterizare.

## CCVI. DE DIAVITO.

Diauitis citus eorum, que bibuntur, est exitus, que talia minguntur, qualia bibita sunt. ideo et sitiunt inmoderate, unde et dipsacos appellata est passio, consistens infirmante quidem retentiua uirtute lumborum, confortata uero magis appetendi uirtute et totum exiccante corpus propter calorem inmoderatum. ad hanc igitur instantes cibos multos et difficile digestibiles et non humidos demus, uelut alicam cum rosato aut ydromilo aut rodomilo aut uino non ueteri aut alio calidorum aliquo, olerum uero intuba, serin, lactucas, et piscium petrinos et porcorum pedes et matrices, pira et mala et mala granata, et bibere frigidum. potandum uero eos poligoni suco et elenio in uino nigro et fenicum infusione et mirtorum. cataplasmandum autem ypocondrium et renes alfitis in oxirodino et foliis uitis et cotilidonos et elxinis et andragnis, et sudores facere eis et uomitus a frigida potione, et diureticis omnibus abstinere, et in principio flebotomare non inconueniens.

## CCVII. DE STRANGVRIA ET DISSVRIA.

Neque flegmone neque lapide neque alio aliquo eorum, que dicta sunt, molestante, siquidem acredo sit secundum urinam, et tota habitudo et cetera signa fel manifestent, propter hoc dissuria et stranguiria consistit, et oportet his, que inmutant illud, uti, ptisane suco et piscibus et balneis, et congrua dieta ab acribus abstinentes et

---

1 frictionibus B. 3 diaueto B. 4 exitus] B, existus A. 6 ipsacos B. *Mg.* δıπσακοσ A. appella[ta] B. 8 *Supra* appetendi *add.* uel traendi A. 9 difficile] B, difficiles A. 10 digestibiles] B, *supra scr.* A. 12 serim B. 15 suco polligoni B. 16 ypocondrium] B, ipocondrium A. 17 *Post* renes *del.* e A. alfithis B. elxinis] elfinis A, *mg.* ελξινη; elixinis B. 18 andrangnis B. 19 fleotomare B. 21 stranguiria B. 22 alio] *bis* B. 23 molestante] B, *corr. ex* molestānte A. siquidem] *bis* B. 26 pitisane B.

uino et gimnasiis et ira et tarditate comestionis. si uero urine tenuitas et albedo et cetera signa frigidam demonstrant discrasiam, uinum calidum conueniet et condita et diuretica farmaca et cibi et encatismata calidiora. albis uero et spissioribus apparentibus urinis flegmaticum putandum humorem obstruentem collum uesice, et oportet oximelle uti et his que de ysopo et glicone aut origano aut thimo aut silfio coctis in mellicrato et embrocis calidioribus. si uero humor pinguis siue lapis siue trombus aut aliquid talium emfraxin faciens inpediat urine exitum, cathetirisin eos, nisi flegmon parti adsit. dissurias uero in febribus sanare embroca ex pigano aut aneto aut ueteri oleo. si uero uenter teneatur, fiat clistere ex fenogreci et malue decoctione, encatismata uero in ydreleum aut decoctionem earum, que dicte sunt, specierum cum oleo. cerotum uero eis conueniet hoc. agrestis malue radices in sicionio cum pauca aqua coquentes, donec frigantur, et ipse quidem proicientur, oleo uero miscetur sucus pigani quarta pars et cere et castorei, quod sufficit.

## CCVIII. DE HIS, QVI VRINAM NON RETINENT.

Solutio circa collum uesice musculi hanc passionem operatur; ideo pueris maxime accidit. comuniter igitur his, que confortant, maxime utendum, ut ineleo calido et similibuș uitantes ualde infrigdantia, calefacientes uero magis eos; etenim frigiditas paralisin operatur. fisice uero hec adiuuant. galli guttur conburens da bibere ieiuno in aqua tepida aut leucanthemi flores similiter aut leporis testiculum radens in

1 uino] cum uino B. 2 tenutas B. demonstrant] B, *corr. ex* demonstrent A. 3 discrasiam] B. discrassiam A. 5 putandum] B, *corr. ex* potandum A. 6 obstruentem] B, abstruentem A. 7 thimo] B, timo A. 8 piguis B. 9 emfrasim B. 10 inpediat] B, *corr. ex* inpediens A. cathetirisin] *corr. ex* catetirisin A, *mg.* *καθετιρηξειν*; catetirisin B. 11 parti] para B. așsit B. dissuria B. ex] et B. 12 aneto aut] B, *postea add.* A. 13 fenogreco B. emcatismata B. 14 idreleum B. decoctionem] *comp.* B, decotionem A. 15 hoc] *om.* B. 17 prohicientur B. 22 uitantes] utantes A, utentes B. 24 adiuuant] B, adiuua A. 25 leucante B.

uinum boni odoris bibere da, et calamentin et myrram da bibere ante cenam, et pigani agrestis semen siccans da bibere per tres dies. inungatur autem et ueretrum eius cum suco perdiciadis.

## CCIX. DE PASSIONIBUS EPATIS.

Varie epatis passiones; et enim inbeccillitatibus et flegmonibus et erisipilis et duritie et apostematibus et ulceribus et emfraxibus consumitur. de inbeccillitate uero eius prima dicendum, secundum quam proprie epaticos uocare patientes consueuerunt. si igitur sucosas faciunt egestiones et humidiores ad epar redditione minus uel non omnino facta, sine passione quidem existente uentre trahendi arbitrandum epatis infirmari uirtutem; si uero similia lauature carnium recentium, inmutatiuam et sanguinis operatiuam. sed si propter calidam infirmatur distemperantiam, tempore procedente feculentum fertur et fetidum ualde, quod egeritur, felle habundanter colore infecto. iam uero et substantia ipsa tabescente epatis totum contabescit corpus, et febricitant et fastidiunt et fel uomunt. frigida uero distemperantia existente neque continue egestiones neque multe fiunt; permanet enim passio, et per dies aliquos manat uenter repente et parum fetidum, quemadmodum fex sanguinis spissi similis melancholie. plures uero et uarii colores frigidam declarant distemperantiam, et febris in eis remissa uidetur, et facies non cadit, sed magis appetunt cibos. harum uero distemperantiarum quecumque fuerit, sicca quidem ei coniuncta

1 et calamentin — 2 bibere (*alt.*)] A, *om.* B. 3 inungatur] inungantur AB. 4 perdiciadis] B, perdicialis A. 6 inbeccillitatibus] A, imbecillitatibus B. 8 emfraxibus] B, emfraxin|bus A. inbecillitate B. prima] A, *corr. ex* primo B. 9 dicendum] d'd' B. 11 reddictione B. 13 uero similia] ergo silia B. 15 calidam] *corr. ex* calida B. 17 colere B. 18 tabescente] B, tebescente A. 19 existente distemperantia B. 20 permanet] B, *corr. ex* permañet A. 21 *Supra* per *add.* uel post A. aliquot B. *Supra* manat *add.* purgat A. 22 *Supra* parum *add.* uel minus A. fetiid' B. 23 declarat B. 24 et facies — 25 magis] B, *supra scr.* A.

distemperantia sicciores apparent egestiones et pauciores, et sitiunt magis, humida uero, humidiores et plures, et minus sunt sitientes. flegmones uero patiente epate comuniter quidem omnibus dolor fit secundum dextrum ypocondrium perueniens sursum quidem usque ad clauem, deorsum uero usque ad inferiora latera, et febris acuta et tussis sicca et sitis et fastidium et dipsnia, et lingua primum quidem rubea apparet, posterius uero nigra, et uomunt fel, et uenter tenetur. cum uero sint proxima signa pleureticis, in tractatu de pleuresi differentiam eorum diximus. erisipila uero consistente in epate inflammationes augmentantur et accenduntur, et marasmos superuenit. proprie uero simis epatis flegmonem patientibus nausie et uomitus et fastidia et inflationes protenduntur et lipothymie; infrigdandur sepius ita, ut ydropice infusiones inde incipiant. gibo uero eius flegmonem patiente reliqua eorum, que dicta sunt, et tumor manifestus secundum circumscriptionem et uisu et tactu perspicuus. hec quidem ualido et magno flegmone existente; si uero minor sit, precipiemus laboranti maxime suspirare et, si circa dextrum ypocondrium dolere se dixerit, mediocrem epatis arbitrandum esse flegmonem, si uero secundum positionem superpositorum musculorum oblongus flegmonis tumor appareat nullo eorum, que dicta sunt, existente, eos ipsos flegmonem pati cognoscamus. grauedinis uero cum extensione et dolore sensibilitas secundum dextrum ypocondrium sine tumore et febri enfraxin significat uenarum, secundum quas partes coniunguntur uene que in foribus et simis epatis his que in gibbis. in apostemate ergo flegmone

1 egestiones] B, egesti A. 2 sitiunt] B, siciunt A. 3 flegmonem B. 4 fit] B, sit A. ypocondrium] B, ipocondrium A. 5 dorsum B 7 dipsnia] AB. 8 uomut B. 9 pl'eticis B. 10 pleuresi] pl'esi B, pleures A. 11 inflammationes] B, inflamationes A. acenduntur B. 12 *Supra* marasmos *add.* consuntio A. 13 nausee B. 14 lipothimie B. 15 gibo] A (*h. e.* gibbo), cibo B. 19 *Supra* suspirare *add.* uel respirare A. 20 ypocondrium] B, ipocondrium A. 21 secundum] *om.* B. 23 apparet B. 25 ypocondrium] B, ipocondrium A. 26 enfrasim B. 28 gibbis] B, gibis A. ergo] uero B.

conuerso dolor et distensio eis augetur, et inrationabiles frigiditates adueniunt, et super sinistrum latus non possunt reclinare magis dolentes epar. rupto uero apostemate aut per urinas aut per uentrem egestio subita putredinum fit. si uero in duritie dispositionem tumor transeat, dolores quidem minuuntur, tumor uero manifestus est cum duritia, que uero in cirçuitu tabescunt corpora. tempore uero procedente difficilis cognitio; accidit enim idropem superuenire, et totum ypocondrium sub humore operiri. ad calidam uero epatis distemperantiam utendum infrigdantibus et confortantibus mediocriter uiscera, qualis est seris et cicorium, aliquando quidem crudum comestum, aliquando uero coctum cum corianno. elixatura uero eius bibita et sucus non solum, sed et ipsum siccum et superaspersum mellicrato, ad calidas et frigidas distemperantias epatis adiuuat, et intuba et troximon et sonchos similia sunt; facit et citrii suci ciatus in mellicrato et ptereus sucus similiter. si uero et cum emfraxi mediocris fiat discrasia, ex uino subtili et diuretico hec dare, et catapotiam recipientem cicorii, camepitheos radicis ana ʒ IIII in mellicrato da nucis pontice magnitudinem, et aquam sorbeant calidam, et ex opio et semine iusquiami prius potandum eos et filonis antidotum. in quibus uero calor augmentatur, et roseum quasi obtimum eis et milinum dare bibere. cibum uero sucus ptisane aut condru cum idrorosata accipiant et panem ex aqua cum aliquo talium dulcium potuum. et simpliciter dicere infrigdantes mediocriter sine emfraxi cibos accipiant uino abstinentes, nisi propter alteram causam, uelut inbeccillitatem stomachi; tunc utantur subtili aliquo et aquoso. in epate uero erisipilam similiter curandum. frigida uero distemperantia exi-

1 inrationabiles] B, *corr. ex* inrationabilis A. frigiditates] frigiditates eis B. 5 tumor — 6 quidem] B; *bis* A, *sed pr. del.* 7 procēdente B. 8 ɔgnitio B. 15 et frigidas] B, *supra scr.* A. *Mg.* *τϱοξιμον* A. 16 *Mg.* *σογχοσ* A. 17 *Mg.* *πτεϱεωσ* A. 18 discrasia] B, discrassia A. 24 condru] B, conthru A. 25 accipiat B. 28 inbecillitatem B. 29 herisipilam B. 30 frigida] B, frigidam A.

stente per contraria curare. panem igitur eis cum uino dandum aut bis coctum aut ter caulem, et castaneas comedant et uuas passas et de gallina ad satietatem, et uinum bibant. potandum autem eos eupatorium aut asarum aut diapipereon, et ex his, que prius ad ciliacos et disintericos descripta sunt, eligendum utilia. kufoidi uero ad calidas distemperantias non omnino conueniunt, nisi paruus quidam calor cum humiditate multa fiat, ad frigidas uero optima adiutoria, et magis, si cum humiditate aut emfraxi fiant epatis. a spissis et glutinosis humoribus emfraxi facta myacantham et maxime eius dare fructum et lauri radicis corticem et eupatorium cum oximelle aut elixaturam lupinorum cum pigano et pipere et farinam lupinorum potatam et caparis radicis partes II, costi partem I cum uino et diabacanu ad emfraxin ex spissis et glutinosis humoribus et iris et pistacium fructus et lepos et prassium et amigdale amare et qui ex eis trociscus, tracontee et aru radix et agaricum et scilliticum acetum et oximel. epar uero lupi siccum solutum et datum, quantum coclearii quantitas, omnibus epatis conuenit dispositionibus cum dulci uino, et theodoritum antidotum optimorum est medicaminum et in epatis emfraxi et duritia et antiquis flegmonibus et in colicis et ictericis, similiter autem et ex oximelle picra. cibos uero his calidiores et emfraxin soluentes dandum, ut porra ex oximelle et elium asparagum et caparin similiter et cetera obsonia ex aliquo calefacientium et enfraxin soluentium artomaton cocta et uinum tenue et uetus obseruantes ea, que pingues humores nutriunt, et balnea assidua, et maxime post cibum. diu uero perseuerante

---

2 aut ter] B, et ter A. 4 diapipereon] B, diapipereum A. 5 ad] et ad B. 6 kufoidi] B, quifoidi A; *mg.* *κυφοειδεισ* A. 7 puu' B. 10 congluttinosis B. machantam B. 14 *Mg.* *διβακάνου* A. 16 et lepos] AB; *del.* A, *supra scr.* et cortex. 17 agarricum B. scillaticum B. 18 solutum] *om.* B. 19 epatis] *bis* B. 20 an̄idotum B, *ut saepius.* 22 ictericis] B, hictericis A. 23 et (*pr.*)] aut B. pica B. 24 elium] elium et B. 26 enfraxim B. soluentium] B, soluentia A. *Supra* artomaton *add.* odoramentorum A, *mg.* *αρτυματὼ*. costa B. uinum] B, uinu A. 27 et (*alt.*)] *om.* B.

passione et flebotomiam et purgationem accipiendum nullo prohibente. flegmonem uero patiente epate flebotomandum sine dilatione a cubito dextro, et frequenter aferesin faciendum uirtute permittente, et exterius cataplasmandum uiscera farina ordei et fenogreci et lini semine cum fenicibus aut malis cidoniis et mellilotum flore et absinthio et camemilino, et uniuersaliter malacticis admiscendum et stiptica. epithimata uero mileos esto et euodes et filagrianon et apollofanus et dia melliloton et copton. ad maximos uero flegmones ualde experimentatum est hoc, absinthii come, nardi celtici, asari, croci ana ÷ I, yreos, myrre, storacis, amoniaci, bdellii, timiamatos ana ÷ II, medulle uituli ÷ IIII, ceroti squinini lib̄. IIII, et oximel dandum erit, simplicia uero adiutoria, ut asarum, nardum celticam aut indicam, squinon, petroselinon; et oportet prouocare uentrem ex acaliffa aut linizosti comestis coctis, et circa declinationes epithimum uel polipodium dare in mellicrato. et per clistere uacuare uentrem, in principio quidem ex mellicrato cum sale aut nitro; declinatione uero facta misce ysopum aut origanum aut cnicum aut centauream et coloquintida. et uniuersaliter quidem sima epatis per uentrem, gibum uero per urinas euacuantur. cibum uero his sucum ptisane dandum, in qua selinum coctum sit. flegmonis uero erisipelatodis facti curationem prius diximus. apostasi uero facta cooperandum rupture cataplasmantem trispermo cum resina,

---

1 fleotomiam B. 2 *Ante* epate *del.* dol B. 3 aferesin] *corr. ex* afesin A, afferesim B. 4 permanente B. 5 ordoi B. fenugreci B. aut] et B. 6 absinthio] B, absintio A. 7 mala$^{c}$ticiś B. epithimata] B, epimata A. 9 melliloton] melliloto A, mellilocon B. 10 absinthii] B, absintii A. 11 ÷] A, ʒ B. 12 timiathos B. ana] *om.* B. 13 squinii B. 15 squinon] B, squin̄ A. 16 linizosti] A, *supra add.* id est mercurialis; lini tosti B. mestis B. 17 et — 18 mellicrato] *om.* B. 19 ysopum] B, isopum A. 20 cnicum] B, cinicum A. et (*pr.*)] A, aut B. colloquintida B. 21 gibum] (*h. e.* gibbum) cibum A, cibi B. 23 sit] B, fit A. erisipelatodis] uerisipelatodis A, erisipilatodis B. 24 apostasi] B, apostasin A. 25 cohoperandum B.

manna, pice, altee radicibus, columbe stercore et caprarum, prius potantem elixaturam polii, capnu qui in ordeis, ad tertiam redactam, elixaturam thlaspeos aut cicorie et camedreos radicis. ruptura uero facta melicratum et ea, que in ulceratis lumbis dicta sunt. exterius uero nassei et reliqua malactica et indesion superponendum aut dia iteon. in duritiam uero epate conuerso parua quidem salutis spes in ydropem incidente dispositione; tamen malacticis admiscendum amoniacum, bdellium et medullas et adipes, et que similis sunt uirtutis. potare uero emfraxin soluentia et aperientia uiscera, qualia sunt diuretica et lapidem frangentia, et cum his, que modo dicta sunt, ad epatis emfraxin dieta conpetenti.

## CCX. DE CACEXIA.

Principium ydropicarum passionum cacexiam uocare consueuimus. curare uero eam oportet flebotomantes, si non aliquid prohibeat, particulatim usque ad tertiam et quartam diem facientes afferesin. euacuandum autem maxime eos, qui propter repressionem emorroidarum aut menstrue purgationis in passionem incidunt, quemadmodum igitur eos qui ex multitudine euacuationis abstinendum a flebotomia. semper uero purgandum dia coloquintidos iera. dieta uero esto subtilis et desiccans, et usus naturalium aquarum accipiatur, stiptiriodon et nidrodum magis, deinde sulfurearum. aliud uero lauacrum ex longioribus interuallis accipiant, et exerceantur, maxime uero per ea, que uocantur iatralipta; posterius uero elleboro purgentur. mirabiliter autem adiuuat eos et potio absinthii et cottauismi et dro-

1 marina B. caparum B. 2 potantium B. 3 chlapeos B. *Mg.* ϑλασπεοσ A. 4 mellicratum B. 5 reliqua] A, lelica B. 6 malactica] B, malagtica A. diatteon B. 8 amiscendum B. 10 portare B. aperientia] *corr. ex* apparentia B. 12 epatis] B, epaticis A. 15 cacessiam B. 18 afferesim B. 22 colloquintidos B. 24 nidrodum] AB, *mut. in* nitrodon A. *Post* deinde *supra add.* rursus A. 25 aliū B. 27 iatralipta] A, *supra add.* id est medicinalia exercitia, *mg.* ιατϱαλιπτα i. medicinalia exercitia; atralipta B. 28 absinthii] B absintii A. cottauismi] coctauismi A, cotanismi? B. drapaces B.

paces. sie uero passio in ydropem transeat, ad ydropicorum ducantur curationem secundum eum, qui exponendus est, modum.

## CCXI. DE YDROPE.

Epate uehementer infrigdato, aliquando quidem secundum principalem passionem, aut flegmonem sustinente aut in duritiam conuerso aut aliter aliquo modo ipso patiente, aliquando secundum conpassionem aliarum partium, destructio sanguinem operantis uirtutis fit, et uocatur passio ydros, in qua aliquando quidem plenitudo uentositatis cum minima humiditate congregatur inter peritoneon et uiscera, ita ut percussus uenter resonet in modum timpani; ideo et timpanias ydrops appellatur, constans ex uentositatibus, que sunt circa stomachum et uentrem et colum, et febribus diuturnis; est uero quando et a duritia peritonei aut matricis in mulieribus. aliquando uero e contrario plenitudo humiditatis cum minima uentositate in eisdem congregatur regionibus, quemadmodum in utre quodam, unde passio ascites ydrops nominatur, consistens et hec ex his, que dicte sunt, causis; sepius uero a duritia, que est circa splenem et epar, et diuturnis reumatibus circa intestina, in quibus accidit uentrem quidem intumescere, reliquum uero tabescere corpus. est uero quando secundum totum corporis tumorem frigidior et magis flegmaticus sanguis continetur, aliquando quidem ab epate huiusmodi ueniens, aliquando uero et uniuersa carne corporis uelut in aquam conuersa generatur, ita ut album et flegmaticum corpus appareat mortuo simile; et uocatur

1 *Post* passio *del.* y A. 2 exponendus] *corr. ex* ponendus A, ponendus B. est] *om.* B. 6 substinente B. 7 aut] *om.* B. 8 dextructio B. 9 pa$^{s}$sio B. ydros] A (*h. e.* yderos), ydrops B. 10 minima] A, nimia B. 11 peritineon B. 12 *Supra* timpanias *add.* uel tis (*h. e.* timpanitis) A. 13 costans B. 15 quando] q̄n B *et corr. ex* q̄m A. duritia] B, *corr. ex* duritias A. 16 e] est e B. 17 minima] nimia B. 19 nominatur] AB, *del.* B. consistes B. sunt] *om.* B. 20 et (*pr.*)] B, aut A. 23 tumorem] B, tumore A. 24 quidem] *om.* B. 25 huiusmodi] hi' B, *ut saepe.* 26 conuersa] *om.* B.

leucoflegmatias yposarcidios ydros aut anasarca, existens a febribus diuturnis et stomachi cacexia et repressionibus antiquarum emorroidarum et muliebris fluxus et dispnia et irrationabilibus uigiliis et his similibus causis. curantes igitur eos conmuniter quidem ab euacuatione incipimus, sed in ascite et timpania ex ydrogagum farmacorum datione, in asarca uero per flebotomiam, maxime propter repressionem emorroidum et purgationis menstrue existente passione, nisi contigit in cacexia flebotomatos esse; oportet igitur sicut in cacecticis secundum partes dispensare euacuationem. deinde fimum uacce siccum diligenter terens coque in oxicrato aut oximelle, et sulfuris quartam partem aspergens toti uentri superpone, aut stercus capre in urina pueri aut capre quasi cataplasma superpone; per uentrem perfecte eos purgat; et his que de fermento et caricis et titano et nitro et iri et cardamomo et sulfure uiuo et amoniaco et bacis lauri et stafis agria et agrestium columbarum fimo, aut omnibus aut quibusdam ex his, cum oximelle utendum cataplasmatibus, post que epithima ex capre stercore spongion appellatum mirabiliter euacuat humiditatem et per inuisibiles poros et per uentrem. postea uero desiccantia superponendum emplastra, dia iteon, icesion, aut cureos aut dia dafnidum aut poliarcium aut dia spermaton epithima. et hoc uero mirabile est; extrait enim de profundo humorem; lapidis piriti, sulfuris uiui, amoniaci thimiamatos, nitri ana ʒ XII, cimini ʒ XVI; confice cera pauca et terebentina, et in cori-

1 ydros] A (*h. e.* yderos), ydrops B. 2 cacesia B. 3 emorroydarum B. dispnia] B, dipsnia A. inrationabilibus B. 5 comuniter *comp.* B, *ut saepe.* 6 ydrogagum] B, idrogagum A. 7 asarca] A (*h. e.* anasarca), asarcha B. 8 emorroydarum B. purgationes B. mestrue B. 9 contingit B. 10 cacecticis] cacectitis A, caceticis B. 11 siccum] *corr. ex* iscum B. 14 eos] *om.* B. 15 yri B. 16 baccis B. 17 colubarum B, *sed corr.* 19 epithima] B, epitima A. spongium B. 20 euacuat] B, euacuet A. poros] partes B. 21 supponendum B. 22 diarteon et ceseon aut B. didafnidum B. 23 poliartium B. epithima] A, epith'a B. 24 extrahit B. 25 pirriti B. amoiaci thimiamathos B. 26 XVI] B, XVII A.

um cataplasmans appone per totum uentrem. prius uero potare eos elixantem radicem in uino aut sicion agrion in uino infundens austero partes III, da ciathum I apponens per unumquemque diem usque ad ciathos III. polimigmaton uero hoc. balsami, nardi, cassie, cimini, gliquiritie, yperici, squini, asari, dauci, amomi, myrre, petroselini, calami aromatici, piperis, siseleos, spondilii ana. facit autem et singulum secundum se, omnia uero diuretica similiter. sine grauedine uero urinam euacuat scilla assata cum melle soluta et ut electuarium data; coquatur autem in aquis, quas bibunt. et hoc uero ualde bonum. interioris scille lib̄. II in uini austeri sextariis tribus coquens usque ad tertiam da ex uino cotidie incipiens a mistro usque ad ÷ I. diureticum uero et hoc obtimum. stiptirie liquide in modum fabe aqua dissoluens et colans cum linteo da bibere per III dies aut paramian. conuenit uero et his ex oximelle picra aut teodoriton et ex amaris amigdalis trociscus. ydragoga uero plurima quidem sunt, probata uero hec. cnidii grana XL aut L aut laterides XX aut XXX aut euforbiu ceratia V aut VII, lepidos calcu ʒ II aut III cum mica confecte et catapotie facte, aut sambuce radicis corticis sucus bibitus cum condito aut cameleas foliis et calcu cecaumenu et anisu equaliter; da in aqua, in principio quidem ʒ I, interponens uero et II et plures. et he uero mirabiles catapotie. aloe, euforbii, coccognidii ana ÷ I, reu ÷ ς, confice suco caulis et fac catapotias, da cerata VII aut VIIII. et ex dia

---

2 siccion B. 3 ciathum] B, ciatum A. 4 usque] u- *corr. ex* a *in scrib.* B. ciathos] B, ciatos A. III] IIII B. poligmimathon B. 5 yperici] B, ypperici A. 6 *Mg.* σχοινοι A. 7 aro$^{i}$ B. piperis] A, *comp.* B. ana] anā A, ã B. 8 singlum B. 9 cum] et cum B. 10 elactuarium B. 12 tribus] III B. 13 mi stro A, mīstro B. 14 optimum B. stipteree B. 16 pigra B. teodoriton] A, *mut. in* theodoriton B. 17 ydragoga] B, ydragaga A. 18 quidem] B, quida A. cgnidii B. 19 lacterides B. euforbii B. ceracia B. 20 VII] A, VI B. cathapocie B. 21 corticis] B, *om.* A. 22 *Supra* cameleas *add.* id est laureole A. 24 hee B. cathapocie B. 25 cocognidii B. ς] A, I B. suco] B, succo A. 26 cathapocias B.

cariofili antidotos aquam educit mirabiliter. uinum uero temptandum eis ydragogum dare. est autem optimum hoc. scille ÷ III, selini seminis, caparis radicis corticis, piperis ana ʒ IIII, cocognidii purgati ʒ I, folii ʒ I, malabatri poma II, uini optimi cotile XII, mellis crudi lib̄. VI, terens et cernens infunde uino, scillam uero simul solue; datio uero coclearia III. post euacuationem uero humoris tiriaca utendum, et uoluito conbusto quantum coclearium cum uino bibitum cotidie maxime iuuat. clisteribus uero utendum acrioribus, nisi uenter sponte humidus sit; tunc enim magis desiccare eum conuenit. in mulieribus uero ydropicis pesso utendum hoc. anisi, cardamomi, cimini, nitri, aristologie, tileos, gliconos, caricarum interioris equalia, sisuno confecta apponantur. post hec uero et naturalibus utendum aquis singulariter et psamismo; aliis uero lauacris eos abstinendum. si uero aliquando lauentur, utantur in lauacro his que de nitro et salibus et sinapi et titano et similibus inspersionibus. hec quidem et sine lauacro utilia et sicca cum oleo uentri defricata. in anasarca uero et ceteris partibus exerceantur, quantum possunt, et siccis fricentur in sole, et cetera dieta desiccans accipiatur. pernas igitur comedant et sinapin et allia et de auibus agrestes et siccas et de oleribus asparagum, gingida, porra, sinipia, caucalidas et cetera agrestium, et salum tyriacon et iamblichu obsoniis admisceant, et uino utantur ueteri, subtili, diuretico, si uero adsit, marino, abstinentes multo quidem potu, aqua uero omnino. cum febre uero existente ydrope calefacientium et acrium ciborum et adiutoriorum abstinendum, permixtim uero his utendum ad id, quod urget, instantes. in timpanio

---

1 gariofili B. an̄idotos B. 2 eis] B, eus A. ydragogum] B, ydrogagum A. 3 piperis] B, *comp.* A. 4 cocognidii] B, cocognodii A. melabratri B. 7 tyriaca B. 9 iuat B. 11 ydropicis] B, idropicis A. 12 aristol' B. 13 sysuno B. conforta B. 15 psamismo] B, psannismo A. 19 uetri B. in] īn B. 21 acipiatur B. 23 sip̄ia B. caucal$^{i}$das B. 24 iamblichu] *corr. ex* iamblichum A, iamblicu B. 25 admiseant B. 27 ydrope] B, idrope A. 29 timpano B.

uero catartica et totius corporis consuntiua uitandum et diureticorum fortia, his uero, que extenuare et diaforesin uentositatis facere possunt, interius et exterius utendum, et sicias uacuas ponendum assidue per totum uentrem. asciten uero habentes, nisi his, que dicta sunt, obediant adiutoriis, ad puncturam ducende nulli aliorum ydropum conuenientem.

## CCXII. DE SPLENE.

Splene trahere nato ab epate melancolicum humorem, qui uelut fex est sanguinis, siquidem trahendi uirtus huius infirmetur, aut porus emfraxin patiatur, per quem hic prius trahebatur, niger icter consistit sanguine inmundo per totum fuso corpus. sed, siquidem grauedo et extensio sit in splene aut etiam dolor, emfraxis designatur; si uero nichil horum, inbeccillitas trahentis uirtutis; si uero uomitus nigri fellis fiat sine febre et alia mala consuetudine, retentiuam splenis declarat uirtutem infirmari. egestiue uero eius inbeccillitas uirtutis fastid iumaffert, cum non feratur melancolica superfluitas ad stomacum et appetitum excitet. enfraxi uero existente in splene melancolici humoris primum quidem flegmon in eo fit feruore et dolore et tensione monstratus et in duritiam incidit, feruore uero et dolore quiescente quidem, existente uero tumore et duritia. his igitur et os fetidum fit, et gingiue consumuntur, et in cruribus ulcera sine cicatrice manent, in quibus conpatiente epate, ut diximus, ydrops fit. distemperantias igitur eius similiter his, que sunt epatis, curemus. flegmone uero existente flebotomandum eos a cubito sinistro aut iuxta manum, ut ex longiori interuallo fiat effusio, aut et propter quandam naturalem cognationem; deinde cataplasmandum ex his, que

---

1 consūptiua B. 2 diafforesim B. 4 sitias B. 5 aiutoriis B. 6 ducende] A, ducendum B. ydropicum B. 8 noto AB. 9 uelud B. 11 iter B. 12 effuso B. 13 splene] B, *corr. ex* plene A. dolorum B. 14 inbecillitas B, *ut semper.* 18 emfraxi B. 21 quiescente] B; quiesente A, *corr. ex* quien . . nte. 22 uero] *om.* B. 24 cum patiente B. 25 ydropos B. eius] eis B. 27 ut] aut B.

extenuant et non ualde calefaciunt, addentes quedam et nunc stipticorum; tale est naturaliter, quod dicitur alosanthos. est autem et hoc mirabile cataplasma. tileos ÷ IIII, ordeacee farine, cardamomi ana ÷ I, caricarum pinguium lib̄. I, peristereonos erbe sicce ÷ I; caricas oportet infundere aceto acerrimo et coquere cum aliis iam incisis et deinde statim coquere. scilicet fimum caprinum cum omilyseos coquens in oxicrato fac cataplasma, habeat autem, si uis, et alosanthos. prius uero calefacientem ciprino cum pauco aceto utendum malagmatibus, primum quidem simplicioribus, quale est hoc. cere lib̄. I et ς, adipis taurini lib̄. I, nitri ÷ III, terebentine, agni seminis et capareos radicis corticis ana ÷ V, coquens liquentia aspergens sicca; nileos uero optimum. flegmone uero in duritiam conuerso ualidioribus utendum, ut et superficies rumpatur, ut est quod ex stercore caprino et citrinum. in his uero et macherionos et cureos et dia dafnidum et dia iteon. hoc uero et ipse probans obtinui. arsenicu, sandaracis ana ÷ II, terebentine ÷ VI, picis sicce lib̄. I, galbani ÷ I, opopanacis ÷ I, caparis radicis corticis, mirobalani, amoniaci thimiamatos ana ÷ IIII, nardini aut ciprini ÷ V. amoniacum uero cum aceto illitum super splenem sepe profuit, bibitum uero quantum gramata III aut IIII cum gramate castorei in ingressu balnei, prius masticantibus eis caricam et expuentibus, aut amoniaci partes II, castorei partem I; da ʒ I. hec et in duritiam conuersis adiuuant, ut et caparis cortex aceto solutus et in cataplasma appositus, qui et bibitus cum aceto et oximelle euacuat pingues et glutinosos humores, est uero quando et sanguinem. et itee cor-

---

1 *Supra* ualde *add.* uel manifeste A. 5 peristeonos B. herbe B. caricas] A, caricam B. infundi B. 7 omilyseos] meliseon B. 8 si uis] B, sius A. 9 $\overset{a}{c}$iprino B. 12 aṇgni B. 14 duritiam] duritia AB. 15 est] enim *comp.* B. 16 macerionos *corr. ex* macerimos B. 17 arsenicū B. 18 VI] *corr. ex* III A, III B. galbani] et albani B. 19 opoponacis B. mirabolani B. 20 timiamatos B. ana] an B. nardi B. 22 gramata] granata AB. IIII] III B. cum] ɔ B. 24 caricam] carica A, caricas B. 26 caparas B. 27 gultinosos B.

tex similiter illinitur et cinis eramentorum in cataplasma positus cum omilisi et oximelle, et centauree sucus exterius superpositus et bibitus et lupinorum amarorum elixatura cum pigano et pipere bibita et farina eorum in cataplasmate posita, et aqua, in qua sepius extinctum est ferrum, febrientibus secundum se data ciathi III, non febrientibus uero cum uino et cum aceto ciathum I aut lapati agrestis radicis cum scilla triobolon aut camedreos aut serpilli, oxiuafon omnia, aut oximellis, anagallidos nigrum florem habentis diobolon suci da bibere cum oxicrato aut acetum squilliticum aut oximel. conposita autem hec. panacos radicis, amoniaci thimiamatos, capareos radicis corticis, strucii, scille asse interiora equalia; da ʒ I; facit et asmaticis, ydropicis. Aliud. mirice fructus ʒ IIII, pipereos ʒ IIII, nardostachis, amoniaci thimiamatos ana ʒ II, solue cum aceto squillitico et da ʒ I in oximelle.

## CCXIII. AD INDVRATVM SPLENEM.

Ciclaminis ʒ XX, brionie ʒ III, diptami ʒ II, squille asse ʒ VIII, strucii, caparis radicis ana ʒ VI; da trociscum trium obolorum in oximelle; et diericis trociscus aptus est. cibi uero his extenuantes, acres, sicci, et potus paruus et ginnasii et fricationes et sinapismi assumantur, est uero quando et sicye cum caraxatione.

---

1 illinitur] et allinitur B. 2 omilisi] omylisi A, omili B. 6 ciathi] B, ciati A. 7 et] *supra scr.* B. cum] ci? B. ciathum] B, ciatum A. lapaci B. radi^ci^s B. 8 *Mg.* οξυβαφ̀ pondus est A. 9 aut] *om.* B. 10 sci^l^liticum B. 11 oxmel B. conpositum B. panacō B. 12 timiamatos B. capareo B. 13 daș B. 14 pipereos] *sic* AB. nardostatiis B. 15 timiamatos B. scillitico B. 18 scille B. 19 VI] III B. trium] III | trium B. 20 obulorum B. *Mg.* εϱικησ A. 21 ginasii B. 22 fricōnes B, *ut semper fere.* assummuntur B. est — 23 caraxatione] *postea ins.* A. 23 sitie B.

## CCXIV. DE YCTERE.

Ycter quidem effusio est fellis, que fit in toto corpore, aliquando quidem nigri, de qua in spleneticis diximus, aliquando uero rubei. differentie uero horum plures sunt, quorum cause et cognitiones ipse. si enim in febri subito factus icter febrem requiescere facit, creticus est ex profundo exterius transeunte materia sensibiliter neque medicina indiget, sed lauacris et mediocri perfricatione citius residet. si uero cum febri fiat et colericis egestionibus, grauedine quidem existente secundum dextrum ypocondrium flegmon feruens monstratur epatis, propter quem in fel conuersus sanguis per totum corpus fertur; sine grauedine uero feruore existente in eo propter distemperantiam solam calidam epatis passio consistit. si uero sine febri fiat albis existentibus egestionibus, colerice quisteos declaratur passio aut pororum eius, grauedine quidem existente secundum dextrum ypocondrium enfraxin habentium, sine grauedine uero secundum uirtutem infirmantium aut eam, que est trahendi ex epate trahentis, aut eam, que est egerendi eicientis ad intestina non purgatus enim sanguis colericus per totum redditur corpus, quemadmodum in nigro diximus ictere, statim uero his urine colerice habundanter egeruntur. fit autem icter et per distemperantiam calidam solidorum corporum in fel transmutantium, quod eis nutrimenti gratia fertur, quemadmodum in flegmaticam humiditatem in anasarca ydrope mutatio fit. agnoscendum uero huiusmodi icter ex eo, quod non simul sed secundum partem fit, nullo eorum, que dicta

---

2 Ycter] ()cterus B, Y- *seq. ras. magna* -cter A. que] quē B. 3 splenticis B. 4 rubei] B, rubee A. eorum B. 8 citius] B, cicius A. rediget B. 10 ypocondrium] B, ipocondrium A. 12 feruore] *mg.* B. 14 consistiti, -i *del.*? B. 15 *Mg.* κυστεοσ A. 18 ||ex epate ||trahendi B. 19 *Supra* trahentis *add.* scilicet pori A. egerendi] *corr. ex* egerentis B. *Supra* eicientis *add.* scilicet pori A. 22 ycterus B. 23 et] *om.* B. corporum] menbrorum B, *supra scr.* corporum. 25 ydrope] B, idrope A. 26 fit mutatio B. 27 non] nisi B. sed] *supra scr.* B.

sunt, existente. et propter potionem uenenosam et propter uenenum extrinsecus ex aliquo uenenoso incidens consistit icterica passio. calide igitur distemperantie epatis et flegmonis eius et uirtutum inbeccillitatis curationem prius in sermone de eo transcurrebamus, quam et inpermutabiliter hic transferendum, ut non idem dicamus. enfraxin uero habentibus poris colerice cysteos utrisque aut altero tantum flebotomande eos a cubito dextro; quidam uero et horum et propter flegmonem epatis ictericorum prope minimum digitum dextere manus incidunt uenam. cataplasmatibus uero afflegmantis utendum, et ex iera eos purgandum; abta uero et cauteria. prius potande eos ictericos selini aut adianti aut lapatii aut erpilli ad tertiam reductorum elixaturam, aut absinthium asperge potui. perfecte uero facit rafani sucus ciati II cum uino ciato I potati et sucus cicorie ciati II aut III singulariter aut cum uino. ex flegmone uero epatis ictericos pota inomelle aut elixatura aristologie longe aut yperici aut adianti aut strucii aut erithrodani, similiter cornus ceruiui limature ʒ I cum uino aut stafilini in uino cocti ad tertiam redacti elixaturam aut sulfuris uiui ʒ I in ouis sorbeant. hec et in enfraxin maxime adiuuant. seminis uero atrafaxios gramata VIII cum crisatico aut alio dulcore in ingressu bibita euacuationem sufficienter operantur. bene uero, si picra detur aut sicca aut cum oximelle et aut theo-

---

1 uenosam B. 2 ueneoso B. *Mg.* ἰοβολω A. 4 inbeccillitatis] A, inbecil$^{l}$itatis ẹiụs B. 5 de eo] *om.* B. transcurrebamus] transcurrebimus A, transcurramus B. quam] que B. inpermutabiliter] inpermutabliter B, perinmutabiliter A. 6 emfraxi B. 7 cy̅steas B. 8 flebotomande] A, flebotomandum B. 9 yctericorum B. 11 afflegmantis] A, *supra add.* id est flegmone rumpentibus; afl'atis B. yera B. apta B. 12 potande] A, potandum B. yctericō B. adiantiị B. 13 aut lapatii] *supra scr.* A, aut lapacii B. 14 absinthium] B, absintium A. perfecte — 15 potati] *mg.* A, *om.* B. 15 siati B. 17 ycterieos B. in oximelle B. aristol' B, *ut saepius.* 18 yperici] B, iperici A. $^{a}$dianti B. eritrodani B. 19 cornu B. limature] lima- *in ras.* B. 20 in ouis] *corr. ex* nouis B. 21 in enfraxin] B, infraxin A. 22 atrafṛaxios B. 24 pigra B.

doriton et ex amaris amigdalis trociscus. da et cinnamomi, quantum tribus digitis tollitur, in inomellis ciato I aut aqua mixta, aut myrre fabe magnitudinem cum piperis granis V et cinnamomi tantundem. eos uero, qui propter calidam distemperantiam solidorum icterici fiunt, mollibus fricationibus et ginnasiis mediocribus et unctioni et lauacris ducendum et salubri et mediocriter infrigdanti cibo suci ptisane et intubarum et sereos et cicorii pisciumque et uini tenuis aquosi. de his uero, qui ueneni potionibus aut ex morsuris uenenatorum in passionem ueniunt in V. dicetur libro. occupante uero felle oculos et faciem elacteriu orobi magnitudinem cum lacte muliebri instilla naribus in balneo et statim depone in ingressu precipiens, caput ne infundat, et post lauacrum habundanter reficiens deinde infunde errinon in sole. facit autem et ciclaminis sucus et marrubii et melanthii. et acetum acerrimum trahat naribus stans in ingressu et teneat nares paululum; et mirabiliter euacuabitur.

## CCXV. DE CASV VMBILICI.

Causam quidem et cirurgiam curationem umbilicorum exitus in cirurgiis dicemus. quoniam uero quidam et per farmaciam ad naturalem statum reuertuntur, hanc hic dicendum. stiptireas scistis ʒ V, tartaru ʒ VIII, rodini ʒ X, cicidon umfacinum ʒ II, uino soluens et mellis faciens spissitudinem superinfunde extrinsecus superponens spongiam oxicrato infusam et tenidio confice. Aliud. eretinu corti-

1 trociscus] *mut. in* trociscum B. et c̣n̄ cinamomi B. 2 īnomellis B. 4 cinamomi B. tantundem] *corr. ex* tandtundem A; tm̄dem B, *ut semper.* eos] corpus *comp.* B. 5 icterici] B, hicterici A. 6 unctionibus B. 7 suci] B, suc A. incubarum B. 8 aquosi] B, aquos A. 10 V.] quinto B. occupante] B, ocupante A. 11 elacteriu] B, elacterium A. 12 naribus] in naribus B. 13 ingressu] B, ingressum A. 14 errinon] A, *mg.* ερριν̀; herimon B. 15 et (*tert.*)] *om.* A. melanthi B. 19 cirugiam B. 20 cirurgiis] $\text{c}^{\text{i}}$rurgiis A, cirugiis B. 21 dicendum] d'd' B. 22 stiptereas B. tartarum B. 23 *Supra* umfacinum *add.* id est inmaturum A. 25 cenidio B. cocticum B, *sed corr.*

cum et cicidon et ualaustiu tantundem coque in aqua; quando uero dissolutum fuerit, terens studiose superpone cum spongia, quemadmodum prius dictum est. Aliud. plumbi rasure ʒ XVI, conii, psimitiu, ypoquistidos suci ana ʒ I, uino dissoluens utere, sicut predictum est.

## CCXVI. AD HOC, VT SINE BARBA ET INPVBES MVLTO TEMPORE MANEANT, ET AD TESTICVLORVM CVSTODIAS; IN HOC ET PSILOTRA.

Cimolie terre et psimitiu tantundem resolue iusquiami suco, ita ut habeat glutinis spissitudinem, deinde addens olei scinini, quantum sufficit, incide et utere. Aliud. conii lignum et strigni et iusquiami et lupini mollissimorum foliorum et psillii tantundem, terens utere prius fricans et lauans; oportet autem ante diem aquam bibere. psilotrum, quod aufert pilos. ocniscon caticidion rotundorum ʒ II, sandarace ʒ IIII, calcis uiue ʒ VIII, aceti ueteris ciatum I, cineris sycii coclearium I, coque in olla et utere in balneo. Aliud. calcis uiue conias partes II, arsenici partes II, cimolie partem I, coquens in aqua utere, sicut dictum est. Aliud, simplum et sine fetore. conias calcis uiue sextarium I, sandarace ∻ I, coque, ut dictum est, et utere.

## CCXVII. DE INGVINVM RVPTVRA ET INTESTINORVM.

Que quidem secundum rupturam peritonei fiunt depositiones intestinorum, difficiles ualde sunt; que uero propter raritatem, curabiliores pueris magis sicut humidioribus con-

---

**1** ualaustiu] ualaustium A, ualastiu B. **2** disolutum B. terens] A, teretis B. **4** XVI] XIIII B. **5** disoluens B. **6** hos B. **8** in hoc et] *om.* B. **9** terre] certe B. **11** scinini] B, scynini A. conii] comi B. **12** strīgni B. mollissimorum] B, mollisimorum A. **13** et (*pr.*)] *om.* B. lauacris B. **14** aquam] et aquam B. **15** auffert B. ocniscum cancidion B. *Mg.* *οκνισκ̀* | *κατοικιδιων* i. in domibus uersantium. sunt autem animalia sub lapidibus degentia A. **18** *Supra* conias *add.* id est pulueris A. arsenici partes II] *om.* B. **20** sexta B. **22** *Supra* rvptvra *add.* uel tumore A.

tingentes, et multa ualde sine cirurgia per superposita farmaca et conuenientem ligaturam curata sunt. utendum subscriptis uirtutibus, hoc tantum nobis apponentibus, quod solo loco passiones differunt; est enim rursum in inguine intestino manente bubonocili, inferius uero ad tauron iam descendente enterolici appellatur. sidion igitur ʒ X, cicidos umfacos ʒ V, coquens in uino austero ciatos III et soluens superpone prius fricans intestinum et prius perfundens aqua frigida dissolue post dies X manente in lecto eo, qui curatur, per dies XXX et bibente ciparissi elixaturam cum uino aut fructus ciparissi triobolon in potione. hoc farmacum in pueris facit. Aliud, anacollima. sinfitu radicis, prassii suci, amigdalarum amararum, gummi ana. Aliud. terebentine ÷ I et ς, cere, libani, myrre, yctiocollis, coclion cum testis ana ÷ I; ictiocollam aceto prius infunde diebus III. Aliud. ciparissi fructus ÷ I et ς, cicidum ÷ I, sidion ÷ ς, taurocollis ÷ III, mannis libani ÷ ς, sinfitu ÷ ς, coclion cum testis ÷ I; fructus ciparissi et sidia uino stiptico coquens multum et soluens misce cetera et conficiens utere. Aliud. aloe, sidion, libani, ypoquistidos suci, collis tectonicis, picis, aspalti ana ÷ I et ς, uini dulcis quod sufficit. Aliud; melius facit et uiris perfectis recenter passis. crisocollis, taurocollis, sarcocollis, lapidis gagatis, lapidis ematitis, ru siriacu uirsodepticu, acacias ana ÷ I et media, lapidis piritis, mannetis fisontos, stiptireas scistis, mannis

1 cirugia B. 2 curata] B, cirrata A. 5 intestina maneat B. *Mg.* βȣβωνοκ$^{η}$κλι A. inferius — 6 enterolici] *bis* A. 5 ad] *corr. ex* a B. tauron] B, tayron A. 6 descendentem B, descente *alt. loco* A. enteriolici A (*h. e.* enterocili), emcerolici B. 7 umfacos] B, ufacos A. ciatō B. 10 bibentem B. ciperissi B. 12 aliu[d] B. anaco[l]lima B. sinfitu] B, sinfiti A. 13 amigdālarum B. 14 *Supra* yctiocollis *add.* id est ceti uenter A. codion B. 15 yctiocollam B. III] tribus B. 17 codion B. 18 fructus] fructu AB. 19 multum] *om.* B. cetera] ceram? B. 20 Aliud] *bis* B. sidion] B, sidium A. 23 taurocollis] B, *mg. add.* A. 24 uirso aepacu B. acatoa' B. media] ς B. 25 pirritis B. manetis B. *Supra* fisontos *add.* id est uiui A. stiptereas B. scistis] cistis AB.

libani ana ÷ I, picis uricias ÷ V, coclion cum testis ÷ I, elcismatos ÷ IIII, cicidum ÷ I, corticis stomomatos ÷ I, eris ÷ I, aspalti ÷ VI, mirsina, hoc sufficit; uino stiptico sicca conficiens utere. si uero non patitur stare, triangula hos superligatione spissa et que possit inpingere intestinum firmiter superligare. abstineant autem cibis uentositatem facientibus et uino plurimo et continuis balneis et cita motione, uelut cursu, saltatione, clamore et similibus.

## CCXVIII. AD YDROCILAS, VT EVACVETVR HVMOR.

Piperis grana C, baccarum lauri LXXX, nitri ʒ XX, cere ʒ XL, olei coclеario ς conficiens utere. Aliud, optimum. lapidis asiatici floris ʒ XVI, uue passe sine semine ʒ XXXII, cimini ethiopici ʒ VIII, nitri rubei ʒ VIII, soluens superpone calefaciens sero et mane; quidam et sulfuris ʒ VIII. Aliud. calcem uiuam resoluens superpone cum ceroto et paululum nitri misce calci. Aliud. radices caulis conburens confice cinerem adipe porcino ueteri liquefacto, solue autem post tertiam. ne autem multa collectio humoris fiat, utere malagmate hoc. cere lib. II et ς, picis, amoniacu thimiamatos ana ÷ IIII, stipteree liquide ÷ I et ς; facit autem et diegirum.

## CCXIX. DE FLEGMONE TESTICVLI ET TAVRI ET AD ALIAS EORVM PASSIONES.

Tauri quidem flegmonem agnoscendum ex eo, quod secundum primum manus tactum doleat, et ex eo, quod calor

---

1 libaniș B. ana ÷ I] *om.* B ytricias B. *Mg.* βϱιϑΐασ i. scaturientis, inuenitur uero in iudea A. V] ς V B. codion B. 2 eclimatos B. IIII] 4 B stomomatō B; *supra add.* calibis A. 4—5 hos superligatione triangula B. 8 uelud B. cursus B. 9 ydrocitas B. 10 nitri ʒ XX] *om.* B. 11 ς] medio B. 13 ethiopici] ethiopii A, eciopiti B. VIII (*pr.*)] 9 B. 15 paululum] *corr. ex* paulum *in scrib.* B. 16 calce B. caulis] *corr. ex* calcis B. 17 ueteri] B, et ueteri A. 18 colectio B. malacmate B. 19 II] I B. amoniaci B. timiamatos B. 20 ana] *om.* B. diegarum B. *Infra medium uersum 20* ca . . A. 25 et] *om.* B. *Supra* calor *add.* uel rubor A.

et duritia superextensa uidentur. testiculo flegmonem patiente neque ad leuem tactum dolet, sed inpressis digitis, et rubor et duritia secundum superficiem minus apparet; inpressioni uero duritia in profundo occurrit, et febris aliquando fit. proprie ergo testiculorum flegmonibus conuenit flebotomia iuxta talum, comuniter autem omnibus cataplasmata et cerota. cataplasmandum igitur eos fabe farina cocta in aqua et melle cum stafidis pinguibus purgatis et cimino, aut asfodilli radicem coquens et soluens misce farine alfite equali; fac cataplasma; aut lini semen aut tilin in mellicrato aut lilii radicem in mellicrato aut fecem recentem uini cum alfita aut irigeronta aut coriannum uiridem cum stafidis purgatis. si uero multa febris sit, foliis iusquiami cum farina triticea, et ex ciceribus fac cataplasma aut calami foliis aut coloquinthi cruda. cronica uero dispositione existente cum duritia siciu agriu radicem coquens in mellicrato et soluens cum erina farina fac cataplasma. et hoc bonum adiutorium. stafidon purgatorum ÷ V, ciceꝛrum coctorum ÷ I et ς, cimini ÷ I, thiu ÷ VIIII, nitri ÷ I, resine ÷ III et ς, solue omnia cum melle et cataplasmate utere. cerota uero hec. olei ciatum I, colofonie ÷ VI, molipdenis, cimini, uue passe, fabe farine ana ÷ IIII, cere ÷ II; coque molipdenam cum oleo usque ad paruam consistentiam, deinde appone ceram et resinam et tollens ab igne tepidum infunde uuis passis tritis et farinis. Aliud. olei anetini et rodini, cere, picis ana ÷ V, ciminu ÷ II et ς, onida copron ÷ I et ς; solue cum onide ciminum et infrigdato ceroto misce et psillium, deinde ponens in panno utere

2 dolet] A, dolor B. 3 inpre$^{s}$sioni B. 5 conuenit] fit euenit B. 6 iuxta] B, iusta A. 9 asfodilli] affodilli B, afodilli A. radices B. *Supra* farine *add.* uel furfuri A. 10 tili B. 12 *Mg.* ηϱιγεϱοντα A. *Supra* stafidis *add.* id est uuis passis A. 15 coloquinthi] coloqunthi A, coloquinti B. 17 herina B. 18 ad$^{i}$uctorium B. s$^{t}$hafidon B. purgatorium B. 19 I (*pr.*)] VI B. thiu] *corr. ex* tiu A, *supra add.* id est sulfur; tilii B. 22 IIII] 4 B. 26 ciminu] B, cimini A. 27 *Supra* onida *add.* id est asini stercus A. coprion B. I] II B. 28 spsillium B. in — p. **161**, 1 superponens] B, *supra scr.* A.

superponens lanam ex oleo umfacino aut butiro et resina equalibus utere. si uero a sudoribus ulcera in ramice sint, gallam tritam et stiptercam asperge adipi et ircino felli et inunge. ad testiculos uero ulceratos terram cimoliam cum aqua prius illinens permitte siccari et ablue aqua calida, et mirsinum siccam et smirniu parum terens fac cataplasma. carnes uero supercrescentes in testiculis cinis sarmenti nitro et aqua conspersus sanat cataplasmatus. pruritu uero circa ramicem existente nitrum, stafida agrian, stiptercam liquidam aceto soluens et roseo inunge in balneo, post lauacrum uero illine oui album cum melle.

## CCXX. AD FLVXVM SEMINIS ET NOCTVRNAM ILLVSIONEM.

Gonorria seminis est non uoluntarius fluxus, qui continue fit, sine pudendi intensione; qui propter retentiue uirtutis inbeccillitatem fit. in qua conuenit in silentio seruare operientes lumbos et subuentrale strictorio ex uino et milino aut inantino, deinde cataplasmare dia finicon, milon, inanthis et acacias et ypoquistide et malo granato et similibus. et encatisma facere in elixaturis squinu et rubi et similium in uino aut aqua, et cibis uti desiccantibus. post prima uero tempora ducere ad ginnasticam deductionem, per quam et totum corpus et menbra, que patiuntur, in robur perficientur. ad nocturnas uero illusiones adiuuat stramentum frigidius et reclinatio corporis in dextra aut sinistra, et quecumque

1 lane B. unfacino B. buttiro B. 2 *Supra* ramice *add.* uel tauro uel ueretro A. 3 gala B. stiptercam] B, stipterea A. addipi B. yrcino B. 5 illinieris B. 6 smirsinum B. smirniu] smirnui B; smirnium A, *mg.* σμυρνιϰ. 7 carnes] B, carnens A. 9 *Supra* ramicem *add.* uel taurum A. stafis agria B. stipteŕam B. 11 albu B. cum melle] *supra scr.* A, *om.* B. 14 gonorrea B. *Mg.* γονορϱοια A. 15 *Post* propter *add.* — A (*ob uitium pergameni*). 16 inbecillitatem B. fit] B, sit A. 17 et (*alt.*)] *supra scr.* B. 18 inant'mo B. fenicum B. inantris B. 19 accatitia B. 20 squinu] B, *corr. ex* squinum A. 22 ginasticam B. 24 stragmentum B.

medicamina frigida illita lumbis, qualia sunt coriannum et conium et psimithium et andragni, omnia uero cum aceto.

## CCXXI. DE SATIRIASI.

Satiriasis est motus pudendi flegmonicam quandam dispositionem seminalium uasorum consequens cum extensione, et nisi quiescat motus, declinare consueuit in paralisin seminalium uasorum aut spasmum, et pereunt subito patientes, morientes uero inflantur uentrem et sudant frigidum. est uero egritudo rara et mulieribus accidens. flebotomare igitur statim et dietam subtilem et sine uino iniungere, et cotidie fortiter, numquam uero mediocriter. obtimum ergo est teftlon et malachi et linozosteus paululum et coclearion ius; non deterius uero et sinpliciter abluere. diureticas uero uirtutes obseruandum, superponere autem et lumbis infrigdantia, ut strigni sucum aut andragnis aut iusquiami aut conii. necessarium uero et caulon et perineum mitigantium frigidorum illinere aliquo, ut litargiro, cimolia, psimithio aceto resolutis aut aqua aut uino dulci aut sireo. supinum uero requiescere nociuum. bibere uero ninfee radicem et irin et adiantum. piganum uero adiuuat et gonoroicon et satiria-

---

**1** medicamina] B, medicaminum *corr. ex* medicaminam A. lumbis] *om.* B. **2** psimithium] B, psimitium A. andragni] A, *supra add.* id est portulaca; andracni B. **4** satiriasi] A, *mg.* B; satyriasi B. **6** paralesim B. **7** spasmum] B, pasmum A. **8** est] eius B. **9** flebotoma B. **10** et dietam subtilem] B; subtilem | A, *mg. add.* que dietam. **11** optimum B. **12** teftlon] tefalon A, *sed del.*, *mg. add.* ceustlon id est bleca; tefolon B. *Mg.* *τευτλον* A. *Supra* malachi *add.* id est malua A. linozosteus] linozostens A, *supra add.* quidam dicunt mercurialem; linotostens B. coclearion ius] A, *supra add.* uel concarion, *mg.* *χοκλεαριων*; codearioni'ṣ B. **13** non] nam B. uero] *om.* B. et] B, *om.* A. diuretica B. **15** strīgni B. andrangnis B. comi B. **16** neccessarium B. *Supra* caulon *add.* id est ueretrum A, *mg.* *καυλον*. *Supra* perineum *add.* id est pecten A. **17** illinire B, *ult.* i *e corr.* psimitio B. **18** resolutis] *corr. ex* resoluens A, resoluens B. supinum] supermum A, supremum B. **19** yrin B. **20** diantum B. gonoroicum B. satiriaịcum B.

cum. cibum uero dare triticum paucum et siti affligi. permanente uero passione sicyas ponendum cum caraxatione. si uero plenitudo superhabundet, et sanguissugis euacuare et uentres omilysi cataplasmare.

## CCXXII. DE PRIAPISMO.

Priapismus est augmentatio pudendi permanens in longitudinem et in circuitu tumefacti sine inpetu ad ueneria. et manifestum est, quoniam uentositas tumefaciens partem nata ex humidis et glutinosis humoribus a calore mediocri; manifestum, quod non oportet partes calefacere sed infrigdare conueniens rodino ceroto cum aqua resoluto, et dia camemilon pudendo et renibus superpositis dietam et farmaca adducere extenuantis uirtutis non calefacientia manifeste. adducere uero et, que naturaliter operantur per experientiam dicta. nimfeam igitur bibere et his dare, agni semen et piganum uiride obsoniis miscendum. hoc uero in principio non dare; calefacit enim sufficienter; sed deinde post usum aliorum extenuantium. euacuatione uero utentem per uomitum bibere hoc; que enim per inferiorem uentrem reumatizant plerumque uicinas partes. ginnasia uero et fricationes assumendum ad uentositatum diaforesin. nulli eorum, qui dicti sunt, conuenitc oitus, nisi in quibus propter huius abstinentiam habundantiam esse conicimus.

## CCXXIII. DE INEFFICACIBVS PARTICVLIS.

Passionem hanc habentes non irruunt ad ueneria, sed sine desiderio efficiuntur. causa uero harum particularum

---

1 triticeam B. siti] B, sto A. 2 siciam B. 3 saguisugis B. 4 uentris B. omilisi B. 5 priapissmo B. 6 priapiāpismus B. *Supra* augmentatio *add.* uel extensio A. 7 uenerea B. 10 quod] qui B. 11 cerote B. camamilon B. 14 experientiam] eperientiam A, epigentiam B. 15 nimfeam igitur] nimfea igitur A, nimfeagri B. 18 euacuatione] euacuat A, euacuare B. utentem] *supra scr.* A, uentrem A, utere B. 21 diafforesin B. 22 cohytus B. 23 ɔnicimus B. 24 ineffricatibus B. 25 uenerea B.

11*

paralisis aut seminis indigentia. de his igitur, que generant semen, in primo libro [dictum est] dictis et excitantibus ad coitum secundum simplicem uirtutem nunc ualidiora apponendum. conmuniter igitur his, que ad paralisin conueniunt, acopis et hic utendum; proprie uero conburens ascalauotim dissolue, deinde addens oleum unge dextri pedis magnum digitum. si uero uelis quiescere, ablue digitum, et dia ascalauoton farmacum efficiendum est. prius potare uero his, que intendunt, quale est primum hoc. piperis, conarion, petroselini, ceruini pudendi limature, terebinthine ana; melle confice. Aliud. cicerum crudorum, conarion ʒ II, eusomu, pipereos ana ʒ I; in melle da ʒ II cum uino. et que dicitur satiriaca, multipliciter conposita, conuenit, et his similia. adtendere uero et alias passionis causas et per singula eis inferre curationem.

## CCXXIV. EDIICA ET EDRICA.

In pudendis ulcera et que secundum anum sine flegmone existentia desiccantium ualde indigent medicaminum, qualia sunt id quod de conbusta carta et anetum conbustum siccum et coloquinthi conbusta. recentibus uero ulceribus aloe farmacum bonum est cataplasmatum siccum in puluerem redactum; omnibus uero magis anodinum et nullo minus efficax ponfolix est. si uero humidiora sint ulcera, tede cortex secundum se et lapis ematitis; si uero profunditas eis aliqua sit, his, que dicta sunt, mannis admiscenda. pruritu uero existente cataplasmandum lente cum sidiis et co-

---

1 que] A, an B. generent B. 2 in] A, dictum est in B. primo] principio A, p[i]o B. dictum est] A, *om.* B; *deleo.* exercitantibus B. 3 coytum B. nunc] non B. 4 paralisim B. 5 hic] his B. conburens] conbures A, *om.* B. *Mg.* ασκαλαβωτην A. 6 unge] *om.* B. 7 di gū B. dia] di B. ascalauoton] B, ascalouoton A. 9 *Mg.* κωναριων A. 10 petrosellini B. cerui B. terebentine B. 11 conarion] B, conarium A. eusemi B. 14 atendere B. 16 *Mg.* εδοικα ς|εδρικα A. 19 quod] que B. 20 coloquintia B. 21 cathaplasmat͠ B. sucum B. 22 magis] B, *supra scr.* A. 23 eficax B. p̄efelis B. 24 profundata B.

raco ex oximelle utendum et uityno et dia chartu. ragadas uero in pudendis et ano adiuuat resina frixa cum rodino trita, ita ut fiat glutinosa, mixto et oui uitello et opio, aut edere foliorum siccorum conbustorum cinis tritus cum roseo in plumbea pixide afferatur, et ex ineleo trociscus et lithofrigium ualde bona sunt et ad ragadas et circa coronam sordida ulcera, et maxime, quando retrahere non possunt.

## CCXXV. ALIVD SANANS ET ACERRIMA RETVNDENS.

Catmie conbuste et piperis ÷ II, rosarum euulsorum foliorum ÷ VI, siccum insperge prius abluens apio. ad puncturas uero calciteos, ysopi, ceroti, medulle ceruine, uatu foliorum ana, et diineleu similiter. si uero secundum caulon interius pudendi latens ulcus fiat, cognoscitur ex eo, quod putredo uel sanguis euacuatur sine urina. curatur autem primum quidem aquoso mellicrato ablutum, deinde lacte, et deinde miscentes lacti asteros collirium aut album trociscum aut dia lotarium in molipdena pixide mittere et pennam intingentes inungere, deinde subtile strepton inunctum inponere. optimum uero est et, quod recipit galle et ponfolingos et amili et aloe equalia soluta roseo et suco arnoglosse.

## CCXXVI. AD PVDENDI DOLORES.

Butiro et resina equalibus liquefactis bene fac cataplasma aut linospermi suco solute myrre et resine frixe equale, et superpone. ad tumorem uero pudendi uitis foliorum mol-

---

1 utend' B. uityno] VI tyno A, uiti'no B. chartu] chratu A, c'artu B. 3 ita] et ita B. glutinosa] AB. 4 hedere B. 5 plumbei pixid B. ineleo] in$^{e}$leo B, inoleo A. litofrigium B. 6 a dagadas B. 7 et maxime] *bis* B. 8 sans B. recondens B. 9 cathmie B. piperis] *comp.* AB. foliorum] B, filiorum A. 10 ÷] *om.* B. puncturas] A, *supra add.* uel punctiones; purgaturas B. 11 calcitheos B. ysopi] B, isopi A. 12 *Supra* caulon *add.* uel ueretrum A. 15 deinde lacte] B, *mg. add.* A. 16 et] B, *om.* A. 17 molīpdena B. 18 subtile] B, subtilem A. inuctum B. 24 lino | B. frixe equale] *om.* B 25 folliorum B.

lium ʒ I, psimitii ʒ V terens fac emplastrum. utere uero perfusione marina aqua frigida et requie et superligatione cauli. timos in pudendis curat et non permittit iterum crescere cinis sarmentorum cum aceto cataplasmatus et salicis corticis conbusti cinis. vniuersaliter autem thimos et mirmicia et acrochordon per ualde trahentia medicamina euelluntur, per putrefacientia uero euacuabuntur. proprie uero elatirion cum salibus superpositum, olynthi cum aceto et nitro et farina, gutta ficus illita, smaridos caput salsum conbustum, ios cum sulfure uiuo conbustus, titimalli gutta illita, ozimi folia cum calcantho, eliotropii magni fructus cum uino, in cataplasmate positus.

## CCXXVII. AD FLEGMONEM ANI.

Psimitiu ʒ IIII, ponfolingos ʒ I, catmie mollis, libani ana ÷ I, sereos suci coclearium I, inmitte paulatim sucum infundens, quousque deficiat; deinde faciens cerotum ex duabus unciis cere et rodini libra I misce fortiter terens; inice uero dia piulcu et desuper liga. facit autem et ad ragadas flegmonem habentes et cum febricitatione et mordicatione in ano ulcerationes.

## CCXXVIII. AD ERISIPILAS CIRCA ANVM.

Diacilon lib. I, rodini quod sufficit, panis mundi lib. I, croci ÷ I, opii ÷ I; crocus et opium infunduntur in dulcore, panis in aqua, deinde solutis eis adponitur diacylon et

1 V] VI B. emplastrum] A, *supra scr.* B; cathapl'a B. 2 aqua] A, *om.* B. 3 ti'mos B. 5 timos B. 6 acrocordon B. 8 elatirion] B, elaterion A. supposit' B. olint'i B. *Mg.* ολυνϑοι A. 9 gutta] B, guta A. *Supra* ficus *add.* uel sicus A. smaridos — 11 illita] A, *om.* B. 11 ozimi] B, *corr. ex* oximi A. cal^can^tro B. eriotropiis B. 14 psimitriu B. IIII] 4 B. ponfoligon B. cath'ie B. 15 I (*pr.*)] *om.* B. serecus B. 16 *Supra* deficiat *add.* uel conglutinet A. 17 unciis] untiis A, ÷ B. innice B. 18 *Mg.* πυϑλκϑ A. ad] B, ^a^d A. ragadā B. flegmonem] flonē B, flegmone A. 19 cum] c̄ | B. et mordicatione] A, *om.* B. 21 circa anum] cicatum B, circa ahtum *mg.* B. 22 diacidon B. 24 solutis] *corr. ex* solutas B. apponitur B. diacylon] dyacilon A, diacȳlon B.

rodinum, et malaxatur; facit uero et ad calidissimas podagras.

### CCXXIX. ALIVD, FACIENS AD FLEGMONEM.

Psimitium uino et rodino in plumbeo mortario et plumbeo pistillo solutum illine. aut psimithium et oui album et roseum simul in mortario soluens, donec glutinosum fiat, illine.

### CCXXX. EDRICON AD DOLORES.

Iusquiami foliorum mollium, andragnis foliorum mollium, micarum infusarum in uinum, ouorum assatorum uitellorum tantundem, rodini quod sufficit; post calefactionem loci rosarum et mellilotorum elixature inpone cataplasma.

### CCXXXI. EDRICON OBTIMVM AD DACTILII FLEGMONES ET EMINENTIAS.

Psimitiu, litargiri, amoniaci thimiamatos, bdellii, ana grammata VI, terebintine ∻ I, cere ∻ ϛ, sicca solue suco strigni, iusquiami aut andragnis et, que liquefiunt, miscens confice et malaxans roseo utere. et ficoticin farmacon et quod de molipdena ad dactili flegmones, et diaton lotarion et dialicacaui et diarodos trociscos obtima sunt edrica et ediica.

### CCXXXII. AD EMINENTIAS DACTILII.

Flegmonem patientibus ani eminentiis his, que dicta sunt, conmuniter utendum, et proprie hoc trocisco. psimitii ∻ III,

---

1 ad] *om.* B. calidissimam podagram B. 4 psimit[i]um et uino B. 5 pistello B. psimithum A, psimitium B. 8 ad dolores cotricum B. 9 adragâs B. 12 mellitorum B. 13 edricum optimum B. dactilii] A, *supra add.* id est ani; sactilii B. 14 eminentias] B, eminventias A. 15 psimitii B. amoiaci B. thimiamatos] B, timiamatos A. 16 grammata] B, gramata A. terbentine B. 17 strīgni B. andrāgnis B. 18 malaxans] B, malaxamans A. *Mg.* φικοτυκη A. sicotian B. 19 dactili] B, dactili н (*h. e.* enim) A. *Mg.* λοταριων A. 20 *Mg.* αλικακαβȣ A. trociscus B. optima B. *Supra* edrica *add.* id est anum A. 21 ediica] educa A, *supra add.* id est pudenda; diica B. 22 dactilii] A, *supra add.* id est ani; sactili B. 23 flegmonem] B, *corr. ex* flegmones A. 24 comuniter *comp.* B.

ponfolingos, litargiri ana ÷ I, masticis gramata VI, iusquiami suco confice. si uero sint sine flegmone, ciparissi fructu conbusto cinerem insperge uino prius abluens aut coloquintis sicce cortice conbusto aut finicum assatarum cinerem similiter, aut testarum ouorum aut maratri cinerem aut suco mali granati foliorum equaliter uino albo miscens ablue per dies VII. ad putridas uero eminentias titanum et arsenicon cum aceto acri soluens, bonum, si in sole illinis.

## CCXXXIII. DE EMORROIDIBVS.

Emorroidibus plus, quam oporteat, euacuatis desiccari habitum accidit, et male abstinentes fieri; periculum uero, si uehemens emorragia fiat, uelut et sanguine omnino retento; vnde difficilis curatio. ideo plurimis existentibus emorroidibus unam relinquere oportet purgationis causa. quedam uero sunt superius non apparentes et propter hoc difficile curabiles; alie uero clause egerunt quidem nichil, dolentes uero magis sunt. ad has igitur ciclaminis sucum illine, et aperiuntur. ad eas uero, que inmoderate euacuantur, in aqua cocleariis VIII coquuntur acanthis egiptiace, actis foliorum, artemisie ana ÷ V, donec deficiat medium, et sidiritis ÷ IIII; deinde erbe quidem prohiciuntur, aque uero miscetur siccum hoc. melantirias rotunde ʒ VIII, litargiru ʒ IIII, cicidos ʒ III, misyos ʒ II, sereos ʒ II; solue siccum in elixatura, perfunde septies in die, sequenti uero si-

1 ponfolingon B. gramata] A, granati ÷ B. 3 conbusti B. 4 cortice] corticem AB. 5 mātiri B 6 foliorum] B, *supra scr.* A. albo] *om.* B. 7 putridam B. eminentiam B. *Supra* titanum *add.* id est calcem A. 8 arsenicum B. 10 emorroydibus B. 11 emorroydibus B. 13 emorragia] emorrogia A, emorracia B. sanguine] B, *corr. ex* sanguinem A. 15 emorroydibus B. 17 *Supra* egerunt *add.* uel cece A. 18 ciclaminis] ciclaīs B, ciclanis A. 19 apperiuntur B. ea$^s$ B. que] *supra scr.* B. moderate B. 20 codeariis B. coquntur B. accatis B. 22 sidiritis] sidiritos A, sideritis B. IIII] III B. herbe B. 23 litargiri B. 24 mision B. sereon B. siccu B. 25 spēs B.

militer aliam confectionem eiusdem ponderis infundens et tertiam similiter. si uero superest aliquid residuum, quarta perforans acu, si sentiat aut sanguinem manet, decoctio quidem similiter facit, sicci uero ς misce, perfundens uero tange sicco, ut diligenter conburatur. propter flegmonem uero pane cataplasma. Aliud. panem mundum infundens in garum protion et conburens in olla noua et soluens fac cataplasma uino prius abluens; facit et ad eminentias. Aliud. sereos ʒ II, calciteos, misyos ana ʒ I, calcanthu ʒ III, cisse ʒ VIIII, calcu cecaumenu ʒ I, melantirias ʒ I, utere sicco. cibi his, qui supra modum euacuantur, pauci et non superflui conueniunt, desiccantes et stiptici, qualis est condron ablutum ex oximelle et oriza et alix et olerum intuba et cicoria et andragni et uina stiptica; in excecatis uero emorroidibus conueniunt his contraria; maxime teptidon et sipeon et polipodion et narcis et selacion in cibum datio bene conuenit; augmentatiua enim sunt hec sanguinis. et ea, que menstrua prouocant, his conueniunt.

## CCXXXIV. AD DECIDENTES ARCVS.

Ericis fructus, cicidum, psimithiu, acacias, ypoquistidos sucus, tede corticis, libani, myrre, aminee equalia, siccis fac cataplasma prius abluens uino austero. Aliud. scorie plumbi, ru siriacu ana ʒ VIII, rosarum floris ʒ IIII, mirre aminee ʒ II;

---

3 *Supra* perforans *add.* uel depungens A. accu B. 4 ς] et B. perfunde B. 7 in (*pr.*)] si in B. protion] A, *supra add.* precipuum (*pr.* u *corr. ex* m?), *mg.* *προτιον*; propretion B. 8 ad dementiam B. 9 sereon B. II] III B. calciteon B. mison B. I] II B. calcantum B. III] *ult.* I *euan.* B. 10 VIIII] VIII B. calcu] caucu B. melantirias] melanterias A, melantiriam B. 12 qualis — 14 stiptica] A, *om.* B. 14 *Supra* excecatis *add.* uel clausis A. emorroydibus B. 15 teptidon] *corr. ex* teption A, tepidon B. *Mg.* *τενϑιδων σηπεων πολυποδων ναρκης σελακιων* A. 16 polipodion] A, polipeon B. marcis B. 17 sang$^{is}$ B. 18 mestrua B. 19 ad — arcus] A, *supra* arcus *add.* id est anos; *om.* B. 20 psimitiu B. accatiam B. 21 siccis] sucis B. 22 plubi B. 23 siriacu] sinacii B.

utere, ut primo. Aliud. tede corticis, mannis, lithargiri ana ʒ VIII, ciparissi fructus sicci, molipdene ana ʒ II; vtere, ut dictum est. et urina ipsius egrotantis adhuc calida aspersa iuuat.

## CCXXXV. DE PASSIONIBVS CIRCA MATRICEM, ET PRIMVM DE MENSTRVA PVRGATIONE.

Plurimis purgatio fit circa XIIII annum, paucis uero citius, circa XIII aut XII, non paucis uero tardantibus XIIII anno. tem̃pus uero unicuique purgationi determinatus non est; multis enim per II uel III, plurimis uero per V dies egeritur, aliis autem usque ad VII, pauce uero et usque ad X purgate sunt. cessant autem a purgationibus alie quidem circa L annum, rare uero usque ad sexagesimum; quibusdam uero a XXXV, et maxime pinguibus, cessare ceperunt menstrua. repressa igitur purgatione lauari circa terminum et prius bibere aut sisamum aut capitatum porrum cum pipere et pigano simul elixatis. potio uero ex dulcore fiat cretico. cotilin uero bibens deambulationibus moueat menstrua. comedat uero teptidas, sipeas, polipodas, et quecumque eiusdem generis sunt; sanguinis enim sunt augmentatiua.

## CCXXXVI. DE REPRESSIONE MENSTRVORVM.

Reprimitur menstrua purgatio aliquando quidem toto corpore infirmante, aliquando uero matrice ipsa propriam passionem recipiente propter frigiditatem aut percussuram aut distemperantiam aut in pluribus ex aborsu, et propter aliquam partem principalium prius passam, ut epar aut uentrem aut toracem aut aliquid huiusmodi in diuturna con-

1 litargiri B. 2 ciparis B. 5 menstrua] mest$^{\omega}$a B, mensvra A. 6 citius] B, cicius A. 7 XIII] tertium decimum B. 9 II] duos B. 12 sexagesimum] LX B. 13 XXXV] XXX et V B. mestrua B. 14 lauari] lauacri AB. 15 capitacum B. cum] c̄ B. 17 *Mg.* κοτυλην A. mestrua B. conmedat B. 18 tepidam sipeam polipodam B. 19 enim] *om.* B. augment'a B. 20 mestruorum B. 21 mestrua B. 22 propriam] propria AB. 24 distemperantiam] B, distemperantia A. 25 ut] B, aut A. 26 c$^{o}$racem B. huiusmodi] hui' B. constitutum] B; contraitum A, *supra add.* uel constitutum.

stitutum passione. retenta uero menstrua purgatio multarum et diuturnarum passionum consueuit causa fieri. quando igitur propter aliquam intestinorum principalium precedentem passionem absciditur et inpeditur purgatio, oportunum est prius patientis curatio et post hanc matricis recordatio; horum uero significationem in superioribus diximus. cum uero nichil illorum adest, manifestum est, ipsam primam pati matricem. non prohibente igitur etate aut habitu aut alio aliquo flebotomia utendum, non ante menstruorum terminum; transeunte uero numerentur dies X. auferatur autem nec amplius duabus litris et media neque minus una, si uero flebotomare quidem; si uero non, dia coloquintidos iera purgare dantes duarum ʒ quantitatem in VI cocleariis mellicrati. si uero febris adsit, iera quidem uti non contingit, oportunum uero est flebotomare in primis febricitandi diebus. post purgationem uero reficiendum per paucos dies, deinde uero exerceatur deambulationibus et fricationibus inferiorum partium, et lauetur. cibi uero conueniunt bene digestibiles et humida olera dulcia omnia, piscium petrini, auium molliores, lactis potus, melle condita, vinum subtile album non ualde uetus; carnes remoueantur et legumina excepta ptisana. termino uero purgationis appropinquante dare marinorum selacia et malacia, quemadmodum dictum est, et ostracoderma et capitata porra cum pigano et pipere cocta, et elixaturam eorum bibant; tunc et uinculis inferiores stringere partes III^bus aut IIII diebus, instante uero termino

---

1 uero] *supra scr.* A, *om.* B. mestrua B. 2 passionum] *corr. ex* passione B. causa] *supra scr.* A, *om.* B. 3 itestinorum B. 4 passionem] B, passione A. purgatio] B, *supra scr.* A. 6 uero] *om.* B. 7 manifestum est] manifẽ B· 9 flebotomiam B. mestruorum B. 10 autem] aut B 11 litris] li' B, libris A. media] ς B. una] I B. 12 non] *om.* B. yera B. 13 duarum ʒ] II ʒ B; duarum A, *post* quantitatem *supra add.* dragmarum. 15 ^di^ebus B. 17 deambulationibus] B, deabulationibus A. 18 patium B. lauetur] B, lauentur A. 20 molliores] meliores B. 21 et] *om.* B. 22 excepta] B, exepta A. appinquante B. 23 malacia] multa B. 24 capita B. 25 elixatura B. tunc] *om.* B. 26 strigere B.

auferatur uinculum. bibant uero myrre obolum aut fabe magnitudinem aut castoreum ex dulcore aut mellicraton aut elixaturam artemisie aut elilisfagi post lauacrum ex dulci et absinthio; absintium uero preter omnem curationem prius bibant. adueniente uero termino et nulla uel non conpetenti purgatione facta a talo flebotomandum et apoferesin faciendum, post VII uero aut octauam diem ex iera utatur purgatione, et post IIII diem dropaces fiant et in lumbis et sub umbilico et in coxis. bibens uero aquam per tres dies cataplasmatur sinapi equaliter et pane infuso usque ad horam meridianam, deinde lauetur. sequenti uero mense carice pro pane misceantur in elixatura fenogreci et malue et puleii et pigani et artemisie. in sinum uero infundantur susinon aut amaracinon, et pessus apponatur enneafarmacos aut libanios; pessos autem est lana carpinata rotundam formam digiti accipiens, in quo continentur medicamina. ea igitur curatio plurimis suffecit ad purgationem. si uero ualidioribus indigeat medicaminibus, sunt hec, iris illirica bibita cum uino et ciperis et aru radix et cassia et squinu anthos et nardos et eleniu radicis elixatura et myrre fabe ellinice magnitudo cum dulcore potata in medio ciato mellicrati et diptannum elixature ciatos II et amoniacum et sagapinum. his uero, que patiuntur in stomacho, opopanacis paululum conglobatum et in crudo melle infusum, et que ex consuetudine nobis semina nata sunt, minus uero, ut

1 aufferatur B. obvlum B. 2 mellicratum B. 3 artimisie B. elisfagi B. post] p̄ B. 4 absinthio] B, absintio A. absintium] AB. 5 adueniente] aducenti B. nulla] illa B. 6 et] B, *e corr.* A. apoferesin] A, apoforexin B. 7 octauam] VIII B. yera B. 8 andropaces B. 10 infuso] *corr. ex* infusu B. 12 fenugreci B. puleiu B. 13 fusinon B. 14 amaracinon] amaratinon A, amaricin̄ B. aponatur B. eneafarmacon B. 15 libanos B. autem est] aũ ẽt B. 17 sufficit B. purgati°nem B. 19 cum] c' | B. uino] B, *corr. ex* bino A. arii B. squinantos B. 20 elinii B. ''elixatura ''radicis B. 21 cellinice B. dulcore] dolore B. potaret B. medio ciato] A, mediocitate B. 22 et (*pr.*)] ad B. diptanum B. II] duos B. segapinum B. 23 uero] q uero B. que] qui B. patiutur B. opoponacis B. 24 paulūlum B.

maratrum, ciminum, selinum, daucus creticus, seseli, amissinon, cicera, cedrides et omnia diuretica. apposita uero myrra, absintii aut lupinorum elixatura soluta aut pigani suco, bdellium similiter et storax et agrestis oliue gummi aut pigani sucus similiter aut longa aristologia conposita in formam collyrii, similiter et magne centauree radix aut ellebori aut gutta scamonee et coloquintidos interioni secundum se et artemisia quasi cataplasmata inposita cum pigano et galbanum suffumigatum; hec eadem autem et conceptum nata sunt eicere.

Quid est pessos medicinalis? yris illirica, ciperis, aru radix, cassia, squinanthos, nardos, eleniu radicis elixatura, mirra, ammoniacon, sagapinon, opopanax, marathrum, ciminum, daucus creticus, seseli, amissinon, ereuinti, cedrides.

## CCXXXVII. DE SVPERFLVA PVRGATIONE ET SANGVINEM MANANTE MATRICE.

Superflue purgationes mulieribus fiunt aliquando quidem menstruis multo tempore manantibus et simul erumpentibus, aliquando uero in partu, que in pluribus sponte cessant. continue uero et in aborsu uehementer sanguinem emanant, ita ut plerumque superueniat periculum. primum igitur distringere menbra ab ascellis et inguinibus, dare autem bibere oxicratum non frigidum et aspergere oxicrato et superponere locis multam lanam ex uino et oleo aut roseo aut milino aut mirsino infusa. cibum autem dandum con-

---

1 maratrum] maturatum B. daucus] B, *corr. ex* daucum A. sesilia missinum B. *Mg.* σισελιαμισιν̀ A. 2 mirta B. 4 gummi] B, *corr. ex* gumme A. 6 collyrii] A, *supra add.* id est pessi; collirii B. 7 interioris B. 8 artemisia] B, artemisie A. quasi] que sit B. 9 autem] *om.* B. 11 quid est] quidem B. yllica B. 12 squinantos B. elenii B. mirra — 13 sagapinon] B, *supra scr.* A. 13 amoniacum B. sagapinon] sarapiñ A, sagapinum et B. marratrum B. 14 seselia missinum B. ereunti B. 15 sanguine B. 17 superfluæ B. 18 mestruis B. 19 uero] quidem B. 20 emtinue B. in aborsu] naborsus B, in arbosum A. 22 destringere B. inguibus B. 24 ex] B, et A. aut] et B. 25 milino aut] *om.* B. condrum ablutum] *om.* B.

drum ablutum ex oxicrato aut orizam aut alicam, uino uero abstinentes ydromel austerum aut umfacum mel aut aliquid talium eis dandum, prius autem ualaustium in oxicrato aut ypoquistidos aut acacie sucum aut licium aut samium astera aut umfacum siccum aut reon aut lentis in italica testa conbuste cinerem aut sisamum comedere in oxicrato infusum, donec molle fiat. apposita uero per guineceum stringunt emorrogiam ypoquistidos sucus aut acacia cum manna soluta cum aceto. mirabiliter autem iuuat spongia uino aut liquida pice infusa et apposita et ipsius conbuste cinis cum aceto aut oxicrato appositus. similiter autem et suberis in italica testa conbusti cinis. extrinsecus uero superposita adiuuant stiptica epithimata et dia finicum et cidoniorum cataplasmata recipientia sidia aut prinoualanu aut rubi summitates aut squinu folia, ualaustion, acacian, ypoquistida, gallam, paucam stiptercam. maxime uero hoc. taurocolla infunditur in oxicrato, donec dissoluatur, deinde in pannum ponitur et apponitur lumbis. efficaciter uero ad hoc faciunt et adherentia emplastra, ut armonia, icesios, athina, milini, indi et similia. pessis autem uti ad emorragiam, galle interiora, cion et libanoton soluens aqua appone aut citinus aut mala granata dulcia similiter aut poligonum solutum. conposita autem stiptereas scisse, gallarum interiora, acacie suci, mannis ana ʒ IIII, ouorum assatorum uitella IIII; sicca

---

**2** ydromel] B, ydrimel. *seq. ras. 1 litt.* A. aliquid] B, ᵃliquid A. **3** autem] A, uero B. ualasticum B. **4** accatie B. **5** ytalica B. **6** sisanum B. comedere] conmote B. **7** guineceum] uineceum A, *mg.* *γυναικειον*; gneceum B. **8** accatia B. **11** et] *om.* B subēs B. **12** ytalica B. conbusti] B, conbustis A. **13** epithimata] B, epitimata A. sinicum B. codoniorum B. **14** silia B. prinoualanu] B; primoualanu A, *mg.* *πρινοβαλανȣ*. **15** sumitates B. squinu] iusquinu B. ualaustion] ualaustian A, balaustiam B. accatiā B. ypoquistida] ypoquistidan AB. **17** infundatur B. **19** empl'a|plastra B. arinonia B. icesion B. auttina B. **20** emorrogiam] B, emorrogiam A. **21** *Mg.* *χιον* A. libanoton] B, libanotin A. cicinus B. *Mg.* *κυτιν-σ* A. **23** autem] pari B. stiptereos B. accatie B. **24** IiII (*pr.*)] 4 B.

soluuntur suco arnoglosse et miscentur, in usu uero inducuntur in pessum laneum et intinguntur in roseum et apponuntur. sicie uero uacue magne plerumque sub pectore apposite sufficienter retrahunt. encatisma his, que patiuntur emorrogiam. oxisquinu, capitum mirsinis, rosarum, ramni foliorum, rubi summitatum equalia coquens in aqua fac ibi sedere. A l i u d. mali granati dulcis radicis corticis, mirsine, ciparissi corticis ana partes III, galle partem I, aque quod sufficit, insperge autem cum mitrechito sucum arnoglose aut sereos aut poligoni aut strigni aut perdicii aut psillii aut ypoquistidos aut acacie, et inponantur hec cum lana aut digito aut mili aut penna in longitudinem preparata usque ad os matricis. et andronos trociscus infusus cum mitrechito cum aliquo eorum, qui dicti sunt, sucorum aut uino stiptico efficax est farmacum.

## CCXXXVIII. DE MVLIEBRI FLVXV.

Reumatismus est matricis fluxus toto corpore expurgato; tale uero est, quod euacuatur, quale et quod habundat, hoc quidem rubeum, velut icor sanguinis, aliud uero album a flegmate, pallidum uero aliud, aliud colericum, aliquando uero aquosus sanguis purus, ut in flebotomia fertur. adtendere diligenter, ne aliqua consumptio facta sit in matrice. significatur autem hoc ex eo, quod continue madefiunt loci differentibus secundum colorem humoribus; ea uero, que patitur, pallescit, cibos fastidit et in deambulationibus deficit et tumidos habet oculos. et modo quidem cum dolore,

---

1 soluantur B. in — 2 intinguntur] B, *supra scr.* A. 3 scitie B. 4 emcatisma B. 5 oxisquinu] oxisquinum A, squinu B. 6 in] *bis* B. 9 isperge B. mitrechito] mitterechito A, mitrecheco B. 10 poligonii B. strīgni B. 11 accatie B. inponatur B. 12 aut (*pr.*)] au B. 13 et] *e corr.* A. 14 ||sucorum ||sunt B. 15 est] *om.* B. 19 ycor B. *Mg.* ιχωρ A. 20 aliud, aliud] alium aliud B, aliud A; *post* colericum | *mg. add.* aliud A. 21 aquosus] B, *supra scr.* A. sanguis] B, *corr. ex* sangui A. adtendere] *corr. ex* addere A, atende B. 22 consumptio] B, consuptio A. 23 ex] *om.* B. 26 habet] bene B.

modo uero sine dolore fit, et aut cum ulceratione aut sine ulceratione aut putredine aut sordida aut munda. totum igitur corpus adiuuandum his, que desiccant humida passione existente absque calefactione manifesta, fricationibus corporis totius et unctionibus ex melle sufficienter cocto et diuretica farmaca dare, ut est aqua, in qua coctum est asarum et selinum; euacuare uero et per uentrem totum corpus. ad hec autem andragni comesta et sucus eius bibitus iuuat, valaustion, rubi fructus et flos, quercus quod sub cortice rami neruosum, et quod sub cortice glandis, ipuris, maxime rubeum fluxum bibita cum aqua aut uino, ypoquistis, squinu fructus siccus cum uino bibitus, samios aster, limnia sfragis, coagulum leporis aut edi aut agni aut uituli aut cerui, gigarta soluta, myrta, inmatura sicca, tede cortex, et ea, que in emorragia matricis dicta sunt, non ualde fortia. quando uero cum dolore fertur, cum mitrechito aut clistere sucum alice aut ptisane aut tragi aut orize clisterizandum eam cum aliquo anodinorum farmacorum. et in accessionibus quidem paragorizandum, in remissionibus uero (periodon enim habet) utendum uectationibus diuersis, deambulationibus, exclamationibus, unctionibus, sicyis, dropacibus in superpositis locis et fricationibus in sole, spilotris, smigmatibus, sinapismis, uomitibus de rafanis, lauacris, uino, uariis, cibis, refectione studiosa.

## CCXXXIX. DE FLEGMONE MATRICIS.

Flegmon matricis ex pluribus causis fit; et enim ex percussura et menstruorum retentione et a frigiditate et uen-

5 cocto] calido cocto B 6 in qua] *om.* B. 9 ualaustium B. quercus] B, querius A. quod] A, de B. 10 *Supra* neruosum *add.* uel quasi menbrana A. sub] *om.* B. grandis B. ipuris] et puris B. *Mg.* ιπυρις A. 11 ypoquistidis B. 12 sāmios B. limnia sfragis] limnias fragis B, limnia fragis A. 13 cohagulum B. angni B. 14 gigarca B. myrta] mura B. immatura B; *scrib.* uua inmatura. 15 moragia B. 16 cum (*alt.*)] *om.* B. 17 ptisane] B. ptissane A. clisterizandum] *corr. ex* clisterizeandum A, chisterizandum B. 18 acessionibus B, *ut saepius.* 19 periodon] pæriclon B. 20 deabulationibus B. 21 sycuis B. 22 spilocris B. 23 raphanis B. 26 percusura B. 27 mestruorum B.

tositate, non minus uero et ex aborsu et ex partu propter malam cistin. sequitur autem flegmonem matricis febris acuta et dolor capitis et colli et motionum oculorum et pollicum et digitorum et colli spasmus et conuersio in contraria, stomachi conpassio, matricis orificium clauditur, pulsus parui, frequentes; et si quidem paruus fuerit flegmon, non nimis ipsam dolent matricem; si uero ualidus, et ipsa tota cum pulsu dolet, tota quidem flegmonem habens, per totum, si uero pars flegmonem habeat, secundum hanc magis dolor designat. posterioribus siquidem eius tantum flegmonem patientibus dolor secundum lumbos fit, squibalum retinetur afflicto longaone; anterioribus uero dolor secundum pectinem et stranguiria aut dissuria fit uesica patiente. lateribus uero flegmonem patientibus et inguina tenduntur, et crura grauantur. pigmate uero flegmonem patiente secundum umbilicum dolor maxime fit cum tumore. circa orificium uero existente flegmone secundum superficiem uentris dolent, et digito inpresso durum subiacet orificium. In curatione igitur primum quidem embroca ex ineleo aut inorodino utendum et circa pectinem et lumbos lana munda sine alligatione, et abstinentia usque ad diatritum; postea flebotomandum a cubito, si nichil prohibeat. cibandum uero condro ex mellicrato aut pane aut ouo sorbili. post quintum uero cataplasmandum giri, linospermate, tili ex mellicrato, in quo codie elixate proiecte sint, et oleo. si uero ualde indignatur ad calefactiones flegmon erisipilatodes existens, melilotum coquens in dulcore et terens appone uitella ouorum assatorum cum roseo aut milino aut crocino et fac cataplasma, aut fenicas uino mixto feruentes solue cum fa-

1 partu] partu B. 2 cistī A, cistim B. 5 ɔpassio B. 6 paruus] pui' B. 7 ipsam] *om.* B. ualidius B. 8 tota (*alt.*)] tempta B. flegmones B. habens] hos B. 9 pars] pars B. 12 afflicto] B, aflicto A. 13 fanguria B. 14 flegmonem] *om.* B. 15 *Mg.* *πυγματο* A. 16 umbelicum B. dolor] *om.* B. fit] *om.* B. 17 uero] uero ẹ B. 19 embrocca B. 21 postea] *corr. ex* post eius B. 23 quintum] V B. 24 ciri B. 25 codie] cotidie A, coclie B. 27 mellilotum B.

rina alfite et aliquo eorum que dicta sunt ungentorum et fac cataplasma. declinatione uero facta cerotum nardinum aut ciprinum apponendum. preter omnem uero curationem encatismatibus utendum ex tileos elixatura aut lini semine, malua, artemisia, oleo, in his uero, qui non refugiunt calorem, ex calida aqua roseo superfuso. pessos uero et enquismatismus assumendum ex ysopo et butyro et medulla ceruina et anseris adipe et susino ungento et cere tirrinice. in quibus uero contempnunt calefactionem, et crissus appellatus pessus conuenit his et enneafarmacos, in quibus uero non sustinent, ex ouo et roseo et anseris adipe aut galline. ad flegmones uero febricitantes dia chilon emplastro in duplicatione cum rosei solutione misce sucum arnoglosse aut sereos aut cicorie aut intube; aut hoc utere. adipis anserini aut porcini recentis ʒ IIII, ceroti rodini aut susini ÷ II, ouorum assatorum uitellorum, crocu ana ∸ I, myrre triouolon, opii ouolos II aut pro opio codion elixaturam, multo uero dolore existente opii miconos quantum lentis magnitudo cum lacte muliebri et suco tileos da apponi. ad flegmones uero, qui sunt cum duritia, tetrafarmacum rodino soluens appone aut infunde. conuersiones uero secundum paroxismos similiter flegmonibus curandum, in remissionibus et declinationibus malacticis. extrinsecus uero duritia existente malagmatibus utendum dia melilotum, mnaseu, iquesiu, dieta uero in principio quidem subtili, declinatione uero

---

2 pedinatione B. 4 ex] et B. 5 artemia B. 6 pessos] possunt B. enquismatisimus B. 7 assummendum B. ysopo] B, isopo A. butiro B. 8 *Post* anseris *supra add.* et canis A. fusino B. *Mg.* σϰσινω A. unguento B. tirrinice] B, terrinice A. 9 *Supra* contempnunt *add.* sustinent A. contempnunt — 10 uero] *om.* B. 11 substinent B. ex ouo] B; *bis* A, *sed corr.* et (*pr.*)] B, ex A 12 flones B. 13 arnoglosse] B, arnoglose A. 14 incube B. 15 porci|cini B. recentis] B, recentos A. fusini B. 16 crocu] cc̓ A, c̄c B. 17 ouolos] ovolon B. 18 existente dolore B. quanta B. 19 fuco tileon B. 20 duritia] diat̓cea B. 22 et] *om.* B. 23 duricia B. 24 mellilotum B. iquesiu] *corr. ex* iqueseu A, et quesiu B.

facta parua ad lauacrum ducendum, et uario et solidiori utendum cibo.

## CCXL. DE APOSTEMATE MATRICIS.

Flegmone in apostasin conuerso ea quidem, que dicta sunt, signa superuenient, adhuc autem inordinate cum frigdore eis significationes fiunt, secundum prima quidem tempora cum doloribus, ad ultimum uero putrefactis in quantitatem crescunt. circa rupture uero tempus dolores acriores sepius uidentur incidere cum punctionibus, et febricule magis molestant. et aliquando quidem urina retinetur, aliquando stercus, propter patientem matricis partem facto inpedimento, aliquando uero tumor circa pectinem et uelut inundationis sensibilitas, quando apostema magnum fuerit. hoc uero in manifestis locis uisu aut digitorum tactu deprehenditur, et quia dolores uehementiores habet propter neruositatem orificii; quemadmodum igitur in fundo et circa sinum magis sine dolore est, et digitis tumor non subiacet, orificium uero subtilius ostenditur. citius igitur putrefactioni cooperande per cataplasmata ex fenogreco et lini semine et ordeacea uel triticea farina, additis eis caricis coctis, aliquando uero et columbe fimo et encatismatibus, quibus in flegmone assidue utendum, et pesso ex terebinthina et myrra et ysopo et butiro. rupto uero apostemate, si quidem ad cistin feratur putredo, lactis potionibus utendum, et siciu semine potandum; si uero in longaonem confluat, lentis et sidion elixatura clisterizandum; si uero in sinum fluat, pura quidem existente putredine roseum enquimatizare aut album oleum aut tetrafarmacum basilicon aut butyrum recens. si

---

**5** adhuc] B, ad hec A. frigdore] B, fricdore A. **6** eis] et B. **7** doloribus] *corr. ex* dolore A, ardoribus B. **12** uelud B. **14** hoc] hec B. **17** sinum] *corr. ex* simum B. magis] *bis* B. et] B, et si A. **18** putrefactioni] B, *corr. ex* putrefactione A. **19** cooperande] coop̲nde A, cohoperandum B. fenugreco B. **20** uel] *supra scr.* B. **22** terebinthina] trebinthima A, terbentina B. **23** et (*pr.*)] B, *om.* A. **24** sicui B. **25** in] et B. **27** *Mg.* λελευκασμεν̀ A. **28** basilicum B. buttiru B.

uero ichor feratur subtilis fetidus, uelut a comestione, magis stipticum sit enema ex mirtis, fenicibus, lente; et post egestionem humidorum, si flegmonem patiantur, instandum cataplasmatibus et encatismatibus. circa orificium uero matricis facto apostemate et non rupto, postquam subtilia facta fuerint superiacentia putredini corpora, ad ea, que apta sunt ad egestionem putredinis, cirurgia conuertamur.

## CCXLI. DE VLCERATIONE MATRICIS.

Ulceratur multotiens matrix propter difficultatem pariendi aut fetus ulcerationem aut corruptionem aut a medicaminibus acribus aut a reumate aut ex apostematibus ruptis. si ergo manifesta sit ulceratio, per uisum deprehenditur; si uero in profundo, ex his, que egeruntur. humor namque egeritur differens, flegmonem quidem habente ulcere paucus sanguineus aut feculentus cum dolore; sordido uero existente putredo et sanies cum minori dolore; consumtionem uero patiente ulcere fetidus niger cum doloribus fortioribus et aliis que dicta sunt signis, irritatio ad calastica farmaca, ad contraria uero alleuiatio; mundo uero existente humor paucus, equalis, sine fetore, spissus, albus. flegmonem patiente quidem ulcere his, que ad flegmonem dicta sunt, utendum; sordido uero existente ptisane sucum cum melle inspergendum aut tetrafarmacum cum susino aut mellicrato elixato in eo fenogreco aut malua aut furfuribus aut lente decorticata. ad maiorem uero purgationem et prassio aut orobo aut melli adiungentem orobi farinam aut irin aut

1 ychor B. feratur] B, seratur A. fetidu$^{s}$ B. uelud B. a] in B. 4 et encatismatibus] B, *supra scr.* A. 5 rupte B. 6 corpori B. ad ea] A, addere B. 7 egestionem] B, egestionis A. cirugia B. 9 ulceratur] B, *corr. ex* vulneratur A. mat$^{i}$s B. 13 in profundo] *bis* B. 16 consumtionem] consumtione A, *supra add.* uel comestione; cumsumptionem B. 17 fetidum B. 18 calatica B. farmaca] B, farmacha A. 20 flegmone B. 20—21 quidem patiente B. 23 fusino B. 24 fenugreco B. 25 ad] aut B. aut] et B. 26 orrobo B, *ut saepius.* farinam orrobi B. yrim B.

stiptercam rotundam aut aliquid similium inmittere; his uero ipsis et extrinsecus cataplasmare melicrato conspersis. familiarius uero adiuuat hoc farmacum. crocus obtimus soluitur cum muliebri lacte, deinde confectus ceroto rodino cum anserino adipe inungetur crocidi. hoc uero festinantius et ad dolores conueniens. codie miconos in dulcore mixto miscentur per dies III, deinde coquuntur, donec liquefiant, dehinc teruntur cum rose foliorum ʒ V, croci ʒ III admixta codiorum elixatura, deinde continere ea liquefacientem cum rodino cere ʒ II et apponere in pesso linentem rodino. facit autem et quod ex ouis et croco et rodino et anseris adipe et ceruina medulla confectum, et egiptia sine ueneno mirabiliter conuenit ad ulcerationes. comestione uero existente cum flegmone quidem cataplasmandum pane tepido consperso ex ydromelle et oleo et altea et fenogreco et finicibus pinguibus, iniciendum uero sucum arnoglosse, stricni, poligoni, sereos, primum quidem secundum se, posterius uero cum uino austero aut aceto; sine flegmone uero comestione molestante iniciendum confortantia, quemadmodum elixatura sidion, rosarum, talassias, ciparissi, malorum cidoniorum, rubi, mirtorum, squinu, ramnu, ru scitodepsicu ex uino stiptico, posterius uero et stiptiree, acacie, liciu, ypoquistidos; ex eorumdem elixaturis esto et encatisma. non proficiente uero inicere dia cartu cum oxicrato primum, deinde aceto, aut anthiram aut calcitin ex eisdem [cum] humidis, et ea, que disentericis conueniunt. dare autem cibum euchimum, paruum, mundo uero facto ulcere lauare uariis modis

1 sttiptercam B. 2 mellicrato B. 3 optimus B. 4 confecto B. 5 festinantius] festinantis A, festinamus B. 6 codie] A, cotidie B. 7 coquuntur] B, coquntur A. 8 ʒ III] III B. 9 continere] A, *supra add.* uel conficere; cum cinere B. 10 linientem B. fac B. 11 autem et] autem *corr. ex* ut? *in scrib.* B. et croco] croco B. 15 ydromelle] B, idromelle A. fenugreco B. 16 strigni B. 20 talassiā B. 21 rannu B. *Supra* ru *add.* id est reu speciale A. *Mg.* σκυτοδεψικȣ A. 22 stiptico] B, stitico A. stipteree B. accatie B. 25 ant'iram B. cum] A, aut B; *deleo.* 26 et] ex B. disentericis] disintericis A, discentericis B. dare] A, parare B.

et cibare et uinum dare, ut caro citius reparetur. in parte uero pessi apponendum diamoron temperatam ex catmia aut ladano aut molipdena. exterius uero et cicatricans emplastrum apponendum super uentrem et iscia; quemadmodum enim cataplasmatum, sic et emplastrorum uirtus per ocultos inferetur poros.

## CCXLII. DE CARCINO.

Carcinorum in matrice hi quidem cum ulceratione, hi uero sine ulcere consistunt. in his igitur, qui non habent ulcus, tumor inuenitur circa orificium matricis subdurus, inequalis, color quasi fecis, rubeus, aliquando uero et subliuidus, et dolent uehementer circa inguina et super uentrem et pectinem et lumbos. angustiantur uero ad manus operationes et uariam farmaciam. ulcerato uero existente carcino preter dolores et duritias et tumorem comesta et inequalia ulcera uidentur, secundum plurimum quidem sordida, inequalia, albent, munda habentia sola. ea uero, que uidentur munda, feculenta, liuida, subrubea et sanguinea apparent. egeritur autem ab eo ichor assidue tenuis, aquosus, niger aut rubeus, fetidus; aliquando autem et sanguis fertur; alia uero signa in matrice flegmonem patiente dicta. passio ergo incurabilis, sicut Ypocras manifestauit; paragorizare tamen eas encatismatibus quidem ex tili et malachi et cataplasmatibus similibus. ualde autem paragorizant in accessionibus malachi aut altea in mellicrato resoluta et confecta cum pauco

---

**1** citius] B, cicius A. **2** catimia B. **3** laudano B. *Mg.* *απελωτικην* A. **4** emplactrum B. iscia] iscias A, isciam B. **5** emplastrorum] *comp.* B, *corr. ex* emplastorum A. **8** hii B. **12** ynguina B. **13** manus] manum AB. *Supra* operationes *add.* palpationes A. **14** farmaciam] farmacia A, farmatiam B. ulceratto A, ulceratio B. **15** tumores B. **16** plurimum] A, *supra add.* uel in pluribus; plurim̉ B. **17** albent] A, uel albent B. uidentur] A, unt͠ B. **19** ychor B. niger] B, inger A. **21** flegmone B. ergo] igitur B. **22** eam B. emcatismatibus B. **24** similibus] B, *supra scr.* A. paragorizant] paragorizzant B, inparagorizant A. acessionibus B.

rodino et in cataplasma inposita, et quod ex caricis et mellilotis et pigano et libano et montane erbe trite studiose cum oleo cataplasma et quod ex fenicibus coctis in dulcore addens uitella ouorum et alfita aut miconos cum corianno aut poligono aut seri. hec quidem in doloribus; post hec uero cerotum apponatur ex rodino aut mirtino aut inanthino aut milino cum fenicibus in dulcore coctis. proprie autem laudatum est quod ex ypostatmi, que est in officinis erariorum, que cocta teritur et soluiter et conficitur ceroto rodino usque ad consistentiam emplastri. hec quidem extrinsecus; intrinsecus uero paragorizat locos et oleum, quando ulcerati fuerint, et lac muliebre enquimatizatum et sucus arnoglosse tẻpidus. si uero sanguis emanet, sucus poligoni cum pauco libanoto paragorizat et pessi ex croco et muliebri lacte et opo miconis et ysopo. omnibus autem melius operatur et ad ani dispositiones hoc. litargiri italici abluti ÷ VI, libani masculi, ysopi, adipis anserini recentis, butiri, cere turrinice ana ÷ II, rodini ÷ IIII; litargirum soluens sereo suco his, que liquefiunt, inmisce. cibos bene digestibiles dandum, uinum minimum, aquosum, obseruantes acria et cibi multitudinem; cito enim eis esce corrumpuntur.

## CCXLIII. DE SCIROSI ET SCLIROMATE MATRICIS.

Induratur matrix aliquando quidem repente nullo precedente, plerumque uero flegmone antecedente et neque soluto neque in apostema conuerso. in specie uero scirosis et quod dicitur scliroma est in collo matricis maxime consistens, tumorem quidem similiter habens, minus uero durum, cum

1 et in] in B. 2 mellictis B. pigano] piga- *in ras.* B. *Mg.* βϐνιαδος A. herbe B. 3 fe|cibus B. 5 coriandro B. 7 inant'ino B. 8 *Mg.* δια τισ | υποσταθμισ A. 11 paragorizare B. 12 ulcerata fuerit B. 14 croco] A, ciroco B. 15 ysopo] B, isopo A. 16 ytalici B. 17 anxerum B. 18 putrinice B. 20 digĩbiles B, *ut saepius* (*h. e.* digeribiles?). minimum] B, mininum A. 21 esce] B, esse A. corrupuntur B. 22 et] et de B. 24 precedente B. 26 sc[l]iroma B. 27 tumore B. habens] *corr. ex* habente B.

dolore mediocri. consequitur autem et his conuersio in contraria, tumor ualde durus cum grauedine et difficili motione non crurum tantum, sed et totius corporis, et pigritia ad operationes, sequitur et cacexia ydropica. in principio igitur flebotomandum, et purgationem assumendum ex archigenis iera, deinde cataplasmata ex caricis, ysopo, nitro, absinthio, et sicias cum catascamu; malagmata uero poliarcion, diaspermaton, diadafnidum; encatismata ex elixatura caricarum, artemisie, gliconos, altee; pessos ex diaterebintina, galbana, myrra, iri, ysopo, dropace; aquarum naturalium usum nitrum et aspaltum habentium, uirtute autem patiente et elleborismus.

## CCXLIV. PESSOS MALACTICVS.

Cere pontice, nardini ungenti ana ÷ III, irini, gleucini, ciprini ana ÷ II, adipis ursini et anserini, butiri, ysopi, medulle ceruine, termintinis ana ÷ I. Alius. polii ʒ II, myrre ʒ IIII, cum uino quidem dissio soluens irino infundens apponere da. Alius. cere turrinice, adipis uitulini, terebinthine, medulle ceruine, mellis attici, olei ueteris equalia; et ad uentositates uue passe albe sine gigartis ÷ III, pigani uiridis foliorum ÷ II, aque marine ÷ I et ς, cimini ʒ IIII, mellis quod sufficit; illinens uero pessum intingue ciprino oleo et appone. crisus uero pessus et libanius et enneafarmacos conueniunt dispositioni, familiarius uero titianos.

---

1 autem] *om.* B. in] *supra scr.* B. 3 et (*pr.*)] *om.* B. 4 ydropica] idropica A, ydropicia B. 5 archigenis] B, *corr. ex* arghigenis A. 6 yera B. absinthio] B, absintio A. 7 catascamu] A, *supra add.* id est cum incisione, *mg.* κατασχαμυ; catascanium B. malagmata] B, malacmata A. 8 cencatisma B. ex] *om.* B. 9 cliconos B. pessum B. diaterbentina B. 10 mirta B. iri] bri B. 13 Pessos malacticus] pessus malacticus A; pessos malasticus *in ras.* B, *praeced.* d' *et ras. 5 litt.* 14 yrini B. gleucimi B. 16 termintinis] termantinis A, terbentinis B. I] II B. aliud B. 17 myrre] auree B. cum uino] ceruino B. *Mg* δησις A. yrino B. 18 aliud A. turrinice] turrine A, cutrinice B. 19 terbentine B. attici] B, atici A. 20 sine] *supra scr.* A, *om.* B. gigarcis B. 22 IIII] 4 B. illinies B. uero] ergo B. intinge B. 23 crisius B. 24 titicianos B.

## CCXLV. PERIMYLIS.

Mili durus est tumor, aliquando quidem circa orificium matricis, aliquando uero et circa totam ipsam manifestatur, tactu lapideus cum spasmo superpositorum et extenuatione et fastidio, retentione menstruorum, et mamillarum tumor, ita ut suspicio conceptionis in quibusdam in principio fiat; posterius uero tempore diiudicantur. quidam et ydropis dant suspicionem, et hoc discernendum tumoris duritia et ex eo, quod non fiat sonus digitorum percussione, quemadmodum in ydropicis; in quibusdam uero secundum ueritatem in ydropem conuersus est. aliquando uero et insanabilis passio fit, ut in pluribus; quibusdam uero et sanguis fertur. conmuniter igitur recubatio eis in domicilio minimo et obscuro conuenit et mediocriter refrigerante in lecto inmobili altiores pedes habentibus in quiete; prouocat enim omnem fluxum motio. et tumores et duritias his, que in scirosi et scliromate matricis dicta sunt, curemus, ydropicas uero infusiones per ea, que de ydropicis dicta sunt, emorrogias uero quemadmodum emorragias et fluxum. quidam autem mylin carnem dicunt globocantem in ipsis tunicis matricis consistentem et innatam, quemadmodum fetus. species uero hec calastica pellenda uirtute, ita ut citius egeratur.

## CCXLVI. DE VENTOSITATE MATRICIS.

Inflatur matrix ex frigiditate aut corruptione aut difficultate pariendi orificio clauso aut trumbo obstruente, ali-

1 perimilis B. 3 ipsam totam B. 4 spasmo] A, *supra add.* uel contractione; spa^s^mo B. 5 et fastidio] *om.* B. restrictione mestruorum B. 6 suspitio B. in principio in quibusdam B. 7 d^i^iudicantur B. 8 suspitionem B. discernendum] B, discerendum A. 10 ydropicis] B, idropicis A. 11 insanabilis] B, insabilis A. 12 comuniter *comp.* B. 16 que] qȝ A, qui B. scirosi] B, cirosi A. 17 ydropicam B. 18 emorrogias uero, quemadmodum] *mg.* A, emorrogiam uero quemadmodum B. 19 emorragiam B. milin B. 20 in] in his B. consistere B. 21 innare B. 22 pellenda] B, pellanda A. 24 *Supra* aut corruptione *add.* uel ex uentositate A. 25 strumbo B.

quando quidem in cauitate latitudinis conprehensis uentositatibus, aliquando uero in raritatibus corporis matricis, quas sequitur tumor pectinis et sub umbilico cum duritia et dolore pungente usque ad diafragma et stomachum et inguina, et ad digitorum percussionem sonus timpani fit. curare igitur primum quidem flebotomia nullo prohibente, deinde in accessionibus abstinentiis et embrocis ex oleo piganino et encatismatibus ex elixatura pigani, gliconos, artemisie, cassie et similibus, et cataplasmatibus ex semine selini, cimini, maratri, anisi, ameos, irine farine, et siciis uacuis et cum catascasmu. permanente uero dispositione purgatione utendum ex picra et iera et dropacibus et sinapismis et naturalium aquarum usu. obstetrix uero prius inunctum digitum ponens, superpositum trombum, si inueniat, ferat leniter eum dissoluens, et deinde cataplasmandum ex syco et nitro et absinthio. epithimata uero malactica poliarcion esto et diaspermaton et diadafnidum, et pessi ex pigano, melle, nitro; maxime uero hic conueniet, caricarum pinguium contritarum ʒ I, cimini ʒ II, afronitri ʒ I; propter acredinem uero in lac intinguatur. malactici uero pessi apti.

## CCXLVII. DE MATRICIS SVFFOCATIONE.

Matricis suffocatio conuersio ad superiora matricis est in conpassionem adducens dominantes partes, oscarotidas, cor, miningas. consequitur autem eas, que patiuntur, appropin-

---

1 concauitate B. 3 quam B. 4 diafragma] B, diafracma A. 5 percussionem] percuss$^{i}$onem A, percu$^{s}$sionem B. 6 prohiben| B. 7 acessionibus B, *ut plerumque.* 8 encat$^{i}$smatibus B. ex] *om.* B. 9 seilini B. 10 marratri B, *ut saepe.* 11 cum catascasmu] A, *supra add.* id est cum plagis; c̄ cathapl'a B. 12 utend' B. pigra B. yera B. sinapi$^{s}$|smis B. 13 *Mg.* μαῖα A. 14 trumbum B. 15 cathaplasmand' B. 16 syco] A, *supra add.* et carica; croco B. absinthio] B, absintio A. 18 hinc B. conueniet] B, conuenit A. 19 contritarum] B, *corr. ex* contrarium A. difronitri B. 24 oscarotidas] A, *mg.* ωσκαρωτιδασ; oscarocidam B. 25 miningam B. apropinquante B.

quante accessione tarditas intellectus, pigritia, infirmitas crurum, pallor faciei, visus ebes; instante uero suffocatione lapsus et desipientia, conprehensio sensuum cum amissione uocis, crurum contractio; deinde incipiunt rubescere maxille, et facies repletur. futura uero declinatione precurrit quedam ex muliebribus locis humectatio et ebullitio, et procedit aliquid intestinorum, et ipsa deponitur paulatim matrix, et ita recipiunt et intellectum et sensum. mouetur autem egritudo secundum periodos, quemadmodum epilempsia, repleta uidelicet matrice aut seminali aut alia materia putrefacta in ea, et multe quidem sustinuerunt, quedam uero secundum accessiones repente perierunt, pulsibus quidem frequentibus, et sursurantibus inordinate, deinde resolutione sequente uero parua humiditate rorante superficiem, respiratione uero primum quidem intercisa, deinde uero perfecte amputata. habundat autem hec passio hieme et autumno iuuenculis pronis ad libidinem, sterilibus, et maxime, si propter farmaciam sint non parientes, et aliter infrigdatis. in accessionibus igitur ligare oportet extremitates et fricare tota crura et totum corpus, quemadmodum lipothimiam patientes recreare et fetida proferre naribus, uelut lichinum extinctum, castoreum, picem liquidam, cedriam, lanam et pannos conbustos; quidam uero et amida attulerunt ex urina ueteri et ex egestione; et sicyas adherere conuenit inguinibus et sub uentre cum multa flamma et uacuas et cum catascasmo. non mota uero accessione et que uentositates

---

1 *Supra* intellectus *add.* uel mentis A. 3 *Supra* conprehensio *add.* uel interceptio A. ç̣ọṇsensuum B. 4 conmotio B. maxille] ịṇ mamille B. 5 fuctura B. 7 aliquid] B, aliquod A. 9 epilēpsia A, *comp.* B. 11 substinuerunt B. 13 sursurantibus] *corr. ex* furfurantibus A, furfurantibus B. 15 inconcissa B. 16 yeme B. auptumno B. 17 sterilibus] B, sterelibus A. 18 farmatiam B. 20 lipothomiam B. 21 licinium B. 23 *Supra* amida *add.* id est urinale uas A, *mg.* αμιδα urinale uas. 24 sycias B. ad$^{h}$erere B. 25 uentre] B, *corr. ex* uentrem A. 26 catascasmo] *corr. ex* catascasmos A, *mg.* κατασκασμο; cathascarmo B.

repellunt utilia, uelut colica ano apposita et ciminum, nitrum cum melle, et squibalon cum clisteratione educere, ut non ledatur appositione. in ipsam uero matricem redolentia ungentorum infusa contrahere eam nata sunt, vt amaracinum, malabatrum; et sinipide naribus quidem proferatur, pedibus uero cataplasmetur. exclamet autem aliquis eis uoce grossiori et nominet, et ptarmica adducantur ei ex castoreo, strutio, pipere. resurgentes uero ab accessione uomere cogendum, et in abstinentia aut pauco cibo seruare, post VII$^{mam}$ uero diem purgandum diacoloquintidos iera, post III$^{am}$ uero diem sicias apponamus circa lumbos, latera. deinde castorei potione utamur, aliquando quidem ex artemisie elixatura, aliquando uero ex mellicrato; in quibusdam enim hoc et solum ad perfectam curationem suffecit. encatismata uero et pessi malagmatici assumantur. hec igitur ad accessiones; ad totius uero corporis reparationem a flebotomia incipientem ad purgationem ex iera uenire, deinde ex aloe dare picram quantum ʒ I cum ciathis tribus mellicrati continue aut ex interuallis ʒ II cum mellicrati ciathis VI, et dropacismis et siciis et sinapismis utendum et ex euforbio acopis, deinde ginnasiis et fricatione et exclamationibus, posterius uero et naturalium aquarum usu.

## CCXLVIII. DE CLAVSA MATRICE.

Clauditur autem orificium matricis aut propter ulcerationem precedentem aut propter flegmonem in duritiam conuersum. curare autem oportet encatismatibus malaxantem

---

1 repellut B. *Mg.* κολικα A. 5 sinapi de naribus B. quidem] *om.* B. 7 grossiore B. tarmica B. 8 strutio] strucio A, strutio et B. 9 in] *om.* B. obseruare B. 10 VII$^{mam}$] VII$^{ma}$ A, VII B. yera B. 11 III$^{am}$] III$^{a}$ A, tertiam B. sitiam B. latera] A, et latera B. 12 ex] B, et A. 14 enim] *om.* B. sufficit B. emcatismata B. 15 pessi] *om.* B. assummantur B. hoc B. 16 totius] B, tocius A. a] B, et A. 17 yera B. 18 pigram B. ciathis] B, ciatis A. III B. 19 ex interuallis] exl't uallis B. ciathis] B, ciatis A. 20 siciis] B, syciis A. et (*ult.*)] *mg. add.* A, *om.* B. 21 ginnasiis] B, ginnasia A. exclamationibus] *corr. ex* exclamatione B. 26 emcatismatibus B.

his que de ydreleo et fenogreci elixatura et cataplasmantem similiter et pessos malacticos adducentem; si uero cronica fiat dispositio, utendum suffumigationibus ex aromatibus. soluit autem orificium et ex ysopo et nitro et resina et terebinthina propter nichil aliud quam siccitatem clausum.

## CCXLIX. NON CONCIPIENTIVM CVRATIO.

Comuniter quidem utrisque conuenit et uiro et mulieri in eucrasia totum conseruare corpus per laborum et ciborum et lauacrorum et reliquorum omnium mediocritatem, maximum uero non adtendere pinguem habitudinem; neque enim pingues apti ad filiorum generationem, eo quod non conueniant pudendis, et quia paululum relinquunt hi seminis, neque ualde tenues. adiuuant autem eos omnia calefacientia et mediocriter inflantia. uinum igitur calidum mediocriter accipiant et de oleribus eusomum et orminum et erisinum et similia; piganum uero et calamentin omnino magis obseruandum. si uero propter cachochimiam aliquam non fiat conceptio, hanc expurgare aut temperare bona dieta. proprie uero mulieribus conueniet ea que circa matricem maxime prouidere, et menstruorum sine inpedimento fieri euacuationem. proxima ergo existente purgatione ciborum et potuum maxime mediocritatem curare aliquid prouocantium ad purgationem accipientem, qualia sunt redolentia olera et acria, ut scandica, critmon, malatrum, selinum, smirnion, matricis uero emendare discrasias. frigidiores igitur matrices designant menstruorum retentio et dieta frigi-

1 ydroleo B. fenugreci B. 2 aducentem B. 4 et ex] ex B. 5 terebinthina] *corr. ex* terebenthina A, terbentina B. 8 eucrasia] B; eucrassia A, *supra add.* id est temperantia. 9 et reliquorum] *om.* B. 10 maxi | B. attendere B. 12 hi] hii B, in A. 15 oriminum B. *Mg.* ορμινον | ερυσιν' A. 16 calamenti B. 17 obseruand' B. aln̄ B. 19 conuenient B. 20 mestruorum B. ipedimento B. 24 critinon B. 25 smirnion] smirmon A, smirinon B. *Mg.* σκανδικα | κριθ·μ' | σμυρνιον A. discrasias] discrassias A, discrasiam B. 26 mestruorum B.

dior et pingues humores nutriens et stupor factus circa pectinem et lumbos et crura. que uero in finem infrigdate sunt, neque ueneria concupiscunt. oportet igitur et alia dolentem calefactionibus omnibus et que ex thimiamatibus calefactam prouocare calorem et castoreum bibere et redolentia semina, ciminum et anisum et glicus comam et arceptidos fructum, unicuique piper miscentem. ipse uero matricum pirie aliquando quidem fumigationes sint sedentibus super currum, aliquando uero calida aqua aspersa, in qua coquatur elilisfacos et artemisia et piganum et ciperum et redolentia semina. cataplasmare uero et pectinem horum singula; bonum uero et poliarcu epithima. fricationes uero pectinis et iscion nullo minus conueniunt, et appositis uti ex myrra et pigano et galbano et castoreo prius calefactam mellicrato aut thalassa; bonus uero ad hec et pessus, qui dicitur goni. calidiores matrices significari quidem toto corpore calidiore existente et menstruis paucis et cum labore et ex eo, quod pudenda mulieris ulcera habent. emendare autem per ea, que mediocriter humectant et infrigdant, qualia sunt olera quidem lactuce et malue et blitus et coloquinthi et sicie et pepon et atrafaxis et andragni et alia similia; uesice uero et super uentrem et lumbis adducere infrigdantia cataplasmantem et sucis illinentem. si uero propter humiditatem matricum non concipiant, signum quidem et humectari in coitu, et magis tenuem et multam ferri menstruam. dieta uero his conuenit siccior et labores

---

1 finem] A, fine B. 3 uenerea B. 4 calefactionibus] *corr. ex* calefactionebus B. 6 *Mg.* γληχ˅σ A. *Supra* arceptidos *add.* id est iuniperi A, *mg.* αρκευθιδων. 8 pirrie B. 10 coquatur] B, cocatur A. elilisfagus B. artemisia] B, artemisa A. 12 singula] A, singulā B; *fort.* singulo. poliarcu] B, poliarcum A. 13 scion B. 14 ex] et B. 15 calassa B. *Mg.* θαλασση A. 16 dicitur goni] drigorni B. quidem] B, quid est A. 17 corpe B. menstruis] instruis A, mestruis B. *Supra* labore *add.* uel dolore A. 20 coloquintī B. 21 atrafaxis] A, *supra add.* id est atriplex; atrafraxis B. 23 illinientem B. 25 cohytu B. 26 mestruam B. dita B.

et fricationes superiorum et uomitus et siccitas et mediocritas cibi. bonum uero est et matricem fortioribus farmacis confortare, qualia sunt squinu elixatura et mirtorum et rosarum et ru et mali granati floris et ruborum mollium et galle. sicciorem uero matricem existentem per contraria curare, dico autem balnea et ungenta et cibos humectantes et olera, vinum uero non multum et non ualde uetus. si uero et ex pinguioribus inpediatur concipere, si quidem aliquis sit mordentium, purgare oportet mulierem bene, unicuique autem humori proprium est, maxime uero ex aloe picra, et deinde sero lactis aspergere et dietam benigniorem inuenire. flegmaticos uero humores laboribus et sudationibus et uomitibus euacuare aut inferius. oportet autem et farmaco; epithimum, euforbium, piper, daucu semen, petroselini semen, omnia terens quantum ʒ due da bibere; hoc et secundum uentrem bene agit et matricem calefacit, quemadmodum multotiens iam et menstrua eiecit non purgatis. quando uero emendatio manifesta fit menstruis bene exeuntibus, statim oportet misceri cessante purgatione. quoniam autem et uentositates in matrice existentes prohibent concipere, significationem quidem earum ex inflatione eorum, que sunt circa matricem, accipiendum, curare autem primum quidem minus eam cibando, proferendo uero ciminum et anetum et selini semen et pigani et anisi et ciborum multa dando, hec quidem bibere, hec uerc apponi. clausas uero matrices aperire oportet aspergentem redolentibus et calefacientem his que ex malua et lini semine et fenogreco et

---

**1** superiorum] superior A, *om.* B. **2** matricem] B, *corr. ex* uentricem A. *Supra* fortioribus *add.*: uel austeris, *mg.* :στρυφνοισ A. **3** *Supra* confortare *add.* uel restringere A. **7** ml't' B. **8** aliquis] A, *corr. ex* aliquid B. **11** pigra B **14** dauci B. petrosellini B. **15** ʒ due] due ʒ A, ʒ II B. **16** et (*alt.*)] *om.* B. cale|lefacit B. **17** iam] *om.* B. mestrua B. eiecit] eicit in B. **18** fit] sit A, fit non B. mestruis B. **19** misceri] *corr. ex* miscere? B. **20** et] *om.* B. **21** ex] et B **23** eam] enim B. proferendo] B, proserendo A. **24** *Mg* βροματων (*ad* :et ciborum *relatum*) A. **26** apperire B. calefacientem] B, *corr. ex* calefacientes A. **27** ex] B, et A. fenugreco B.

oleo, est quando et melle, et fortioribus artemisia et conisi et calamentis et glicone et anthemidi. ad hec uero uti termintia et nitro et sicio agrio, elaterio et cassia et oro picis. quibus uero apertum est orificium, dieta quidem et pirie et farmaca sicciora et stiptica, citini roon et squinos et radices rubi et myrta et ea, que in humidiori matrice conueniunt. conuersiones uero pyriis dirigere et malacticis inpositionibus.

## CCL. DE RAGADIBVS ET CONDILOMATIBVS ET EMORROIDIBVS.

Circa matricis orificium fiunt ragades ex difficultate partus, et primo quidem latent adhuc recentibus existentibus ex partu doloribus, posterius uero paulatim sentiuntur, aliquando autem ad tactum, aliquando uero et coitu, quando et sanguinem manant propter perfricationem. arguuntur autem sinu aperto; et enim rupture in circuitu orificii cernuntur, in quibus oportet et chirurgiam et mordacia farmaca repudiantem simplicioribus et encatismatibus et pessis uti. conuenit autem tetrafarmacum temperatum. si uero tilodis sit, dia cartu utendum cum rodino; si uero non ferat eius fortitudinem, irin illiricam terebentina conficiens inpone. amplificatis uero ulceribus conueniet diacatmias aut aliquid edricorum, ut dialithargiru. quoniam autem accidit ragadas

1 et melle] ex melle B. artimicia B. condisi B. *Mg.* κονιξι A. 2 gliconi B. antemidi B. *Mg.* ανθεμιδι A. uti] *om.* B. 3 siccio B. oro picis] A *add.* ·˙, *mg.* ·˙ ορὼ; cropsis A. 4 pirrie B. 5 citini] B; *corr. ex* conritini A, *mg.* κιτινι. *Supra* roon *add.* id est mali granati A. 6 myrta] mitrea B. 7 pyriis] A, *supra add.* prius; pirris B. dirrigere B. malacticis] B, malticis A. 9 peagadibus B. cumdeilomatibus B. emorroydibus B. 14 uero] quidem B. cohytu B. 15 perfricationem] B, fricationem A. 17 chirurgiam] chirurgia A, cirugia B 18 encatissmatibus B. 20 *Mg.* τυλοδισ A. cātu B. cum] B, cu A. 21 irim B. terebentina] *corr. ex* terebentinam A, terbentina *corr. ex* terbentinam B. impone B. 22 diacatmias] et diacath'ia B. 23 edricorum] B, *corr. ex* cardiacorum A. dialithargiru] dialithargirii A, dialitargirum B. regalis B.

chronicas perforari, claudendum et in cicatricem adducendum foramina. emorroides uero fiunt circa orificium matricis aut collum; que deprehenduntur perspectis partibus, ex eo quod appareat eminentia, circa paroxismum quidem dolens et sanguinea, in declinationibus uero fluens et sine dolore et subpallida. in quibus igitur oportet, siquidem possibile, in declinationibus excisione uti midio retinentem, si uero non, per farmaca eas restringere, aliquando quidem apponentem sicca sidia cum galla aut aliquo talium, aliquando uero his, que in emorragia matricis exposita sunt, utentem, que et propter fluxum et propter emorrogiam conuenient, maxime eo quod continue sanguinem manet matrix ex dimissionibus et non in menstrue purgationis solum tempore.

## CCLI. DE DIFFICVLTATE PARIENDI.

Difficultas pariendi fit aut propter parientem aut propter id, quod paritur, aut propter intestinum aut propter ea que extrinsecus. propter parientem quidem aut spissam et pinguem aut paruam totam matricem aut dolorum inexpertam aut formidinem uel flegmonem habentem circa matricem aut in alia parte aut quomodolibet aliter egrotantem aut naturaliter inbeccillem et inpotentem expellere aut ante oram parientem; propter id uero, quod paritur, aut nimis magnum existens aut paruum et parui ponderis aut grandis

---

1 chronicas] chronica A, cronicam B. *Mg.* ·˙ αποκονδυλȣσθια (*ad* ·˙ perforari *relatum*) A. *Supra* claudendum *add.* εκτυλωτεον A. cicatricem] B, ciatricem A. aducendum B. 2 *Mg.* ·˙ κονδυλωματα (*ad* ·˙ foramina *relatum*) A. emorroydes B. fiut B. 3 perspectis] A, *supra add.* uel consideratis; perfectis B. 4 paroxismum] B, paraxismum A. 6 *Supra* subpallida *add.* liuida A. 7 *Supra* declinationibus *add.* uel dimissionibus A. midio] B, *corr. ex* medio A, *mg.* μυδιο A. 8 farmaca] farinam *mut. in* farina B. eam B. 9 cum] c'| B. 10 emorragia] B, emorrogia A. 13 mestrue B. 16 aut (*pr.*)] B, aū A. aut propter (*alt.*)] *om.* B. 17 *Mg.* χοϱιον A. 21 aut (*sec.*)] *om.* B. quomodolibet] q̄uo̅ libet B. 22 inbecillem B. inpotentem] B, inpotente A. horam B. 24 parui] B; cparui, p- *e corr.*, A. gradis B.

capitis aut monstruosum, ut bicefalon, aut mortuum aut uiuens quidem inbecille uero et inpotens procedere ad exteriora, aut eo quod sint plurimi fetus; quinque enim scripsit erofilus; aut eo quod preter naturam habeat positionem. secundum naturam enim est his, qui pariuntur, positio primum quidem ad caput iuxta coxas extensis manibus et indeclinatum habens ab orificio caput, secundum uero huius pedes habere in directum; preter has uero omnes positiones preter naturam sunt. propter intestinum uero aut non extrahens propter pinguedinem aut et ante quam oporteat extrahens propter leptotita; euacuato etiam humore difficili labitur fetus propter siccitatem. propter ea uero que extrinsecus aut frigiditate stringente aut calore inmoderato diaforesin faciente uirtutis aut et aliquo fortuitu accidente. si igitur propter siccitatem aut uelut constrictionem fetus difficultas pariendi fiat, depositioni prius cooperari enquimatizantes frequenter oleo dulci et calido cum elixatura tileos aut malacis aut linospermu aut et ouis propter paragorismum; deinde cataplasmare pectinem et uentrem et lumbos ex linospermu aut diamelicrato aut hydreleo et encatismatibus similibus et assumere depositiones, que fiunt per balania, nisi febris aut aliqua prohibeat occasio, et mouere cum feretro parientem in aere calido mediocriter; aliqui uero et conmotiones uehementes assumserunt et ptarmica adduxerunt. et formidantem qui-

2 inbeci le B. uero] *om.* B. 4 aut] ut B. preter] *corr. ex* propter A, propter *comp.* B. 5 qui] A, que B. 6 coxam B. 8 huius] his B. preter] A, propter *comp.* B. 9 *Mg.* *χοριον* A. 10 *Supra* -hens *add.* uel -ctum A. aut (*alt.*)] *supra scr.* B. 11 leptotica B. 12 difficili] AB, *scrib.* difficile. 13—14 calorem im|deratum B. 14 diafforesin B. aut] B, *corr. ex* et aut A. 15 constructionem B. 16 pariendi] B, patiendi A. dispositioni B. 17 cohoperari B. 18 linospermi B. et] B, e A. 19 paragorissinum? B. 20 ex] B, et A. linospermii B. 21 hydreleo] hidreleo A, ydreleo B. catismatibus B. similiter B. assummere B. 22 balamia B. *Mg.* *σφηβαιον* A (*pertinet ad* pectinem *lin. 19*). febri B. 23 occasio] B, ocasio A. 24 ca|calido B. 25 assumpserunt B. tarmica B. adduxerunt] *corr. ex* assuxerunt B.

dem confortare, inexpertam uero dolorum increpandum fortiter, maxime uero spiritum retinere et ad ilia conpellere. eam uero, que patitur lipothomiam, appositis odoramentis reficiendum, alleuiatam uero mediocriter cibandum pauco cibo. pinguem uero in lecto pronam collocandum inclinantem coxas ad genua, eo quod matrix in directum habeat orificium, et cum digitis cerotis et inunctionibus inpinguare orificium et leniter aperire. et, si aliqua passio sit circa partes, et huic prouidere, et squibalum retentum eicere cum molli clistere et intestinum clausum diuidere aut digitis aut polipica spata abscondita in eis precedente sinistra manu et aliquid pinguium humidorum cum clisteridio in sinum matricis inicere. preter naturam uero posito fetu naturalem reddere positionem, modo quidem pellentem, modo uero retrahentem, modo autem curuantem, modo uero dirigentem. et si manum quidem prius emisit aut pedem, non extrahere menbrum accipientem; magis enim astringitur aut exartron fit aut abrumpitur; sed digitos dirigentem ad humerum ad iscium fetus rursus, quod emissum est, inducere in conuenientem locum. si uero cum astrictione totius fetus fiat positio, eleuare illud prius ab orificio matricis sublime et deinde assumtum statim dirigere ad orificium. si uero plures uno fetu contineantur, rursus superius eos et inferius ferri. omnia uero facere leniter et absque confractione oleo infundentem locos. tempus uero in currum sedere, quando orificium matricis apertum fuerit digito, et proruet fetus.

---

1 inexperta B. increpadum B. 2 ylia B. 3 eam] ea AB. 4 reficiendum] reficiend' B, refaciendum A. alleuiata B. 5 collocandum] *corr. ex* collocantem B. 6 ienua B, *deinde del.* inclinantem in] *om.* B. 8 sit] B, *om.* A. 9 hinc B. 10 *Mg.* χοριον A. 11 polipeca B. *Mg.* πολυπικὸ A. absconsa B. 12 sinu B. 14 repellentem B. recreantem B. 16 emiserit B. 17 abstringitur B. exartron] *corr. ex* exarton A, exarcon *mut. in* exarchon B. 18 dirigentem] B, dirigentē[v] A. ad (*alt.*)] AB, *scrib.* aut ad. 19 inducere] indicem B. 20 cum] *om.* B. 21 sublime et] po (i suprascr.) sublime B. 22 assursum B. 23 uno] immo B. fetuṣ B. 24 absque] B, *corr. ex* abque A.

si uero eo, quod mortuus sit, aut propter aliam causam non exeat, ad extractionem ueniendum.

## CCLII. DE ISCIADE.

Generis existens artretice iscias solo eo, quod circa iscion retinetur causa eius, differt. causa autem eius spissus et flegmaticus est humor descendens ad iuncturam circa iscion. dolor autem eis a sferomate et inguine usque ad genu, in pluribus uero et usque ad pedis extremitatem. in principio igitur inuenientes laborantem post squibali per clistere euacuationem flebotomiam a cubito assumamus cum apoferesi, si uero post annum, a talo patientis cruris ablationem faciamus; et circa paroxismum quidem embroca hac utendum. ciprini ciathos VIII, aceti ciathos IIII, nitri ciathos II, cacrios ciathon I, ex lane sucide calore, post quam cataplasmandum eos farina lupinorum amarorum cum oximelle aut farina erina cum resina et sicii agrii radice et nitro et calamenti et cachrios et bacis lauri; et calamentis sola utiliter cataplasmabitur ex oximelle aut mellicrato. emplastro uero paragorica utendum hoc. cere ʒ C, tereuinthinis ʒ XXV, iu ʒ VI, mirre, galbani, ireos ana ʒ VI, cedrias ʒ V. prius uero potandum eos opii quirinaici magnitudinem orobi cum opopanacis tribus obolis. radicis uero capareos cortex bibitus et cataplasmatibus mixtus adiuuat. multo uero tempore dolore existente et anodina farmaca habent locum, uelut filonos et diadiopipereon. enemate uero utendum hoc. mellis

---

1 eo] *om.* B. 2 ueniendum] B, utendum A. 3 isciade] yscindiape B. 4 artetice B. yscias B. yscion B. 5 retinentur B. 6 *Supra* descendens *add.* uel peractus A. yscion B. *Mg.* ισχιον A. 7 a sferomate] *corr. ex* aferomate B, a sseromate A. *Mg.* σφαιρωμα A. genu] isemi B. 10 assummamus B. apoforexi B. 11 a] de B. 12 embrocca B. 13 ciathos (*ter*)] B, ciatos A. *Mg.* καχρυοσ A. 14 ciathon] ciaton A, ciathi B. 16 sicii] B, sitii A. 17 cacrios B. 18 *Post* cataplasmabitur | *add. mg. inter.* uirid (*del.*) *) *et mg. exter.* *) uiridis, humorem enim ad superiora trahit A. 19 paragorico B. terbentine B. iu — 20 V] *om.* B. 20 VI (*pr.*)] *corr. ex* VII A. 21—22 opoponacis III B. 24 farmacha B.

ciathum I et ς, olei ciatum I·ς, aque ciati II, nitri olce VIII, tereuintine olce IIII; hec calida inmittentem oportet anum calefacere, eo quod multo tempore contineatur mixta. euacuat aliquando et sanguinem, quando et plurimum adiuuat. si uero permanet dispositio, quod est raro, et deinceps frequentius eo utendum pro aqua elixaturam centauree miscentem. sanguinem uero euacuat et talaspeos semen inmissum et sucus elaterii et quod ex eo et radicibus eius conpositum sicioneum oleum, et sallitorum piscium muria et oliuarum natantium obtime inmittatur, et sicyis in iscio cum multa flamma utendum in caraxatione utentes, aliquando uero et sanguissugis. permanente uero passione ad purgationem ueniendum ex iera aut coloquintidis dantem interionis bene solute ʒ magnitudinem in mellicrati ciathis duobus aut paulo plus aut minus secundum uirtutem et uentris facilitatem eius, qui egrotat; in mellicrato uero piganum coctum sit. bene autem hos purgat et dia coloquintidos poltos, in quibusdam uero et ex rafanis uomitus in principio profuerunt. in remissionibus uero dropacibus utendum et ex euforbio acopis et maxime eo, qui uocatur uarius. lauacra uero naturalia his conuenientia, si uero non adsint, in aliis dum abluuntur, his que dicta sunt acopis utantur et conpositis nitris et asclipio et dia euforbiu et adarce et nigro elleboro et castoreo et piretro et stafisagria equalibus; post lauacrum inspergantur picis sicce ∸ III, sulfuris uiui

1 ciathum] B, ciatum A. olei — ς] *om.* B. ciati] ciat' B. *Mg.* olce (*corr. ex* olco) est mensura que pensat denaria IIII uel grana ordei C. XXXVIII. | *ολκαι* A. 2 terbentine B. 3 *Supra* contineatur *add.* uel contenta sint A. *Mg.* *μυξωδη* A. 4 et (*pr.*)] *om.* B. 5 quod est] quidem B. 6 frequentis B. aqua] qua AB. elixatura B. 7 tala^s^peos B. *Mg.* *τλασπεοσ* A. 8 elacterii B. 9 siccioneum B. 10 *Supra* oliuarum *add.* scilicet muria A. inmittatur] B, inmittitur A. sitiis B. in iscio] miscio B. 12 uero (*pr.*)] *om.* B. sanguisugis B. 13 yera B. dandum B, *corr. mg.* 14 interioris B. mellicrati] *corr. ex* mellicrato B. ciathis] B, ciatis A. 15 II B. 18 *Mg.* *πολτοσ* A. raphanis B. 21 adsint] B, dsi^n^t A. 22 abluuntur] B, obluuntur A. 23 addipio B. 24 piretro] piritro A, pirretro B. 25 III] 3 B.

÷ II, calidum adhuc utentem, et cooperiant carta. si uero neque hec efficiant, scilicet in declinatione egritudine manente, bonum quidem et sinapis cataplasmatum cum caricis aut et secundum se, perfecte autem hos requiescere facit iberidos erbe usus, quam et lepidium, alii uero agriocardamum, appellant; que autem aput nos nascitur, quasi frutex proxima lauro folia et maiora multo habens; rursus dederunt experientiam non solum in isciade, sed et in aliis cronicis egritudinibus, estate uero efficacior magis est. si uero non contingat folia nata, oportet ergo sucum radicis eius terere cum adipe porcino, ut quasi emplastrum fiat, deinde inponentem panno spisso secundum maxime dolentes superponere locos, scilicet secundum speroma totum et coxam, et dimittentem, usque dum nigrescat aut omnino liuida fiat superficies, tollere illud et abluto superponere hoc cerotum. opopanacis ÷ IIII dissoluuntur aceti ciathis duobus et admiscentur ceroto ciprino. si uero repudient talium causticorum usum, anasceuasticis utende emplastris, quorum est hoc. cere, pituinis ana ʒ XII, tereuintine, columbarum agrestium stercoris, fecis recentis ana ʒ VI, galbani ʒ I et ς; et que appellatur leena anasceuasticum est. utilia uero et, que ex cinere et nitro conficiuntur; et his que per annum bibuntur potionibus quidam usi sunt, ex quibus est diatessaron, ℞ camedrios ÷ I, gentiane ÷ VIIII, aristologie rotunde ÷ VIIII, pigani seminis sicci sesti I; hec terentem oportet

---

1 cohoperiant B. 3 cataplasmatum] cataplasmatur A, cathaplasmatur B. carricis B. 4 hos] *corr. ex* hoc B. 5 iberidos] et beridos B. herbe B. *Mg.* αγριοκαρδαμον A. 6 appellant] A, uocant B. ap̄ B. fructex B. 7 folia] foliis AB. 8 experientia B. sciade B. 9 egrinibus B. est magis B. 10 terrere B. 11 addipe B. 12 supponere B. 14 fiat] *corr. ex* fiet B. 15 opoponacis B. 16 ciathis] B, ciatis A. II B. amiscentur B. 17 talium ṭ casticorum B. 18 anasceuasticis] B, anase uasticis A. *Mg.* ανασκευαστικοισ A. utende] A, utendum B. 19 pituriis B. terbentine B. 20 recentis] B, rentis A. 21 leona B. anasceuasticum] anaseuasticum AB. et] *om.* B. 23 quibusṣ B. diatesaron B. ℞] AB (*h. e.* recipiantur?). 24 camedreos B. aristol' ro B. 25 VIIII] 9 B. sesti] A, sextin B.

et cernentem dare unoquoque die coclearii magnitudinem ieiuno et bene digesto cum aque frigide ciathis duobus per annum, quousque egritudo quiescat. et ex VII conpositum et quod procli dicitur eiusdem sunt promissionis. ginnasia uero ex deambulationibus perficiantur et continue ex incuruationibus et saltationibus et cursibus. cibus extenuans mediocriter et bene digestibilis. si uero ad nichil eorum, que dicta sunt, obaudit iscias, aliquando quidem in putredinem conuertitur, aliquando uero depositis colligantibus neruis menbrum a iunctura exit. oportet igitur permanente dispositione urere iuncturam secundum III aut IIII locos et per multos dies ulcera seruare sine cicatrice.

## CCLIII. DE PODAGRA ET ARTRETICA.

Non solum partium inbeccillitas podagricam et artreticam operatur passionem (oportebat enim paroxismos inremissibiles esse, quamdiu inbeccillitas semper inest infirmantibus iuncturis) neque uero humor solus; non enim iuncturis inesset solis passio; sed utraque, et humor preter naturam et partium inbeccillitas, egritudinem operantur. quando enim partium nutribilis uirtus infirmatur propter multitudinem ciborum, ex qua indigestiones accidunt, adueniens habundans humor in quamlibet iuncturam iam prius infirmatam et extendens colligantes neruos dolorem operatur. neque enim principalium neruorum est prius patientium flegmon; oportebat enim et in his que in medio iuncturarum locis

---

1 coclearii] codere B. 2 *Ante* frigide *del.* calide B. ciathis] B, ciatis A. II B. 4 prodi B. 7 digībilis B. horum B. 8 iscias] et scias B. quidem] quide A, *om.* B. 9 colligantibus] *corr. ex* colligationibus B. 10 a] B, et A. 11 III] *om.* A. 13 artetica B. 14 inbecillitas B. articam B. 15 passionem] B, passonem A. paroxismos] A, *mg.* B *add.* cor.; passionem B. 16 inbecilitas B. 17 uero] enim B. solus] solum B. 18 solis] soli AB. 19 inbecillitas B. 21 qua] *om.* B. accidunt] accid't B, acidunt A. *Supra* adueniens *add.* uel insiliens A. habundas B. 25 ''iuncturarum ''in medio B.

eum fieri, uelut cnimes mediis aut coxis aut cubitis aut brachiis; conpatiuntur igitur et principalia. si igitur pedum iuncturas solum humor molestat, podagra passio appellatur, pertranseunte uero causa ad omnes corporis iuncturas artreticam eam uocare consueuerunt, in qua et spondili et spate et maxille et quecumque iunctura egritudine operatur; quibusdam autem et aures et dentes et fauces et epar aliquando et splen artreticis participauerunt doloribus. in quibus, nisi cito in iuncturis alleuatio facta est, periculum in pauco inuasit laborantes. habundans uero humor aliquando quidem colericus, aliquando uero sanguineus, alias autem melancolicus, ut in pluribus uero flegmaticus et crudus est et ex ciborum superfluitate et indigestionibus et pigritia consistens, immorans uero circa iuncturas densatur, et glutinose fiunt, ita ut eos, qui dicti sunt, operetur dolores. est uero quando et mixtus; ex pluribus enim est; ideo et difficilis ad cognoscendum et difficilis ad curandum aut fere incurabilis egritudo habetur. perficit autem hanc passionem frequentius labor inmoderatus et ambulationes concite et equitatio assidua et ueneris inoportunus usus et frigidus potus inconsuetus et frigidorum aut multorum aut malorum ciborum oblatio et uinum multum, et in propulsationibus quidam aut percussionibus aut conuersionibus aut huiusmodi quibusdam experimentum passionis inuenerunt, precedente quidem in corpore quiescente materia, efficiente uero causa conmouente eam. tristitie uero et sollicitudines et uigilie et relique passiones anime non quomodolibet solum conmouerunt, sed et ipse cacochimiam genuerunt siue principaliter siue secundum accidens. uaria est igitur,

---

1 eum] B, cum A. ueld' B. cnimes] A, *supra add.* suris; cmimes B. 2 principịalia B. 5 arteticam B. uocare] *corr. ex* uocante B. consuerunt B. 8 arteticis B. 13 et crudus est] B; est A, *supra add.* et crudus. 15 densatur] descenditur B. glutinose] *corr. ex* glutiinose A, gluttinose B. 16 et quando B. 17 difficilis (*pr.*)] diffici|cilis B. 19 *Post* passionem *del.* labor B. immoderatus B. 20 inportunus B. 24 passionibus B. 26 tristie B. 28 cacochimiam] B, cachochimiam A.

ut dixi, huius passionis causa; cognoscibiles tamen, secundum quod possibile est, contristantium humorum differentie fiunt et coloribus et accidentibus significate. colericum enim reuma propter colorem subpallidum et rubeum et sensibilitatem caloris et dolorem acutiorem operatur et subito erumpit ad superficiem sine tumore magno; irritatur uero calefacientibus superpositis, quemadmodum e contrario ab infrigdantibus sedatur. hoc quidem et aliis omnibus frequentissime, maxime autem colericis, accidit, et febris eis superuenit multotiens in paroxismorum augmentis, quando et sitientes sunt. similiter et nigriorem quidem in melancolicis inuenies colorem, album uero et aquosum in flegmaticis et dolorem inmorantem et tardius in tumorem eleuatum, quemadmodum sanguineum colorem, in quibus sanguineus habundans est humor. ad certiorem uero congnitionem perficiet et prius assumpta dieta et cetera.

## CCLIV. CVRA EX MELANCOLICO HVMORE REVMATIZANTIVM.

⟨P⟩rincipium curationis uero tibi in his, qui ex rubea colera et magis ex qualitate patiuntur, contristantis humoris fiat euacuatio per catartica farmaca, quale est maxime ex rodomelle confectum et quod ex malis cidoniis et quod ex picra antidoto et que ex aloe cathaputie. in paroxismis uero extrinsecus rodino utamur cum uitello oui et pauco uino perfricantes leniter partem infrigdantes herbarum afferamus, ut stringnum, andragni, iusquiamum, aizoon, facon ex manipulis, serin, micona, poligonium, rosarum folia et similia, aliquando quidem illinentes ea, aliquando quidem cum micis oxicrato infusis aut ordeacea farina cum rodino cathaplasmantes. in erisipilatode uero flegmone juncturarum

---

1 diximus B. huius] *om.* B. passionis] *corr. ex* passiones B. 3 colibus B. enim] B, *bis* A. 4 subpalidum B. 7 suppositis B. 10 poxi^s^morum B. 11 sitientes] facientes B. similiter] *des.* A. 17 reumatizantium] *mg.* B, *om.* B. 19 rubea] *corr. ex* rubeat B. 22 malis] ma B. 23 pigra B. que] $\overline{\text{qn}}$ B. 26 andragu B. arzoon B.

manifeste mitigat colloquintidis nouelle cortex superpositus et peponis et sicii caro secundum se et cum pane et perdicii folia et edere cum pane aut pali alfite; et psillium coctum cum farina ordeacea ignitos flegmones mirabiliter consolatur. similiter et rodinum cerotum cum aliquo infrigdantium sucorum infrigdatum et quod ex farina fabe. hoc autem sic. cere ʒ II, camemillini ʒ II et ς, fabe farine ʒ ς, ouorum uitella V. Aliud. cathaplasma. maluas coctas uirides terens et psilium separatim equalia faciens admisce, deinde adiungens ouorum uitella et oleum camemilinum fac cathaplasma. multo uero et intollerabili dolore existente et his que ex croco et glaucio et opio utendum ex oxicrato tollens ea et aut illinentes aut cum micis cathaplasmantes. Galienus autem hec memorat. opii miconos ʒ 4, croci ʒ I, soluens cum lacte bouino aut caprino panis micam adiunge et malaxans adde rodinum et utere cathaplasmate, aut opium et crocum conterens cum lacte confice ceroto rodino; et diaturpenis cerotum eiusdem est uirtutis in paroxismis et oleum ex hac. et hoc proximum est. micis infusis in aqua aut in oxicrato aut aizoon aut strigno aut andragni et fenicum carnibus et codion semine et ouorum assatorum uitellorum tantundem et rodini, quod sufficit, fac cathaplasma. narcoticis uero non immorari, sed usque ad temperandum doloris uehementiam; plurimus enim usus eorum constringit poros et distemperantias operatur cronicas. post usum ergo anodinorum diacilon resoluto cum camemilino utendum aut dialteas aut aliquo aliorum medicaminum. post calefactionem uero infrigdatorum confortemus partem diaffinicino resoluto oxirodino aut inorodino. si uero grauetur emplastris, sucum illinere acatie ex oxicrato aut licium cum croco et glaucio et suco perdiciados in oxicrato. dietam uero eorum infrigdantem et humectantem esse conuenit, uelut ex ptisana

---

1 manifeste] uero manifeste B. 3 afite B. 9 admisce] et misce B. 14 hec] h' B. 15 soluens] solues B. 20 arzoon B. 26 camilino B. 28 infratorum B. 29 inorodino] morodino B. 31 dieta B. 32 ex ptisana] et ptisa B.

et condro sorbitiones et olerum maluam, lactucam, intubam, auium domesticarum maxime pullos, piscium petreos et equinum et ctenea et similia, uitantibus eis omnia calefacientia et fellis pallidi et rubri generantia et uinum uetus et cirrum et nigrum. et lauacris ex potabilibus aquis uti et secundum ipsum reumatissmum, quantum in causa, nisi aliquid aliud inpediat, obseruantes iracundiam, abstinentiam, drimifagiam, uinolentiam, laborem inmoderatum, uenerem.

## CCLV. CVRA EX SANGVINEO HVMORE REVMATIZANTIVM.

⟨I⟩n quibus autem habundans humor sanguineus est, flebotomia utendum, non tamen sed et in flegmaticis et melancolicis, quoniam et his humor in uenis maxime continetur quantitate magis quam qualitate nocendus. flebotamiam igitur assumamus statim circa primam egritudinis experientiam. quicunque autem consuetudinem habent sepius reumatizari, leduntur magis ex sanguinis euacuatione quam adiuuantur, et maxime quibus natura frigidius et infirmius est corpus. post sanguinis uero euacuationem, si non solum sanguis habundat, parum intermittentes et diaiera utamur purgatione; et iuliani oximel hos conuenienter purgantium est. quicunque autem huiusmodi catartica uitant farmaca, catapotiis utendum his. aloe, colloquintidos, ellebori nigri, scamonee ana ʒ I, euforbii ʒ ϛ, nitri ʒ ϛ, suco caulis confice et da secundum uirtutem; melius autem, si malorum cidoniorum suco. alie catapucie in paroxismis et remissionibus in omni humore dande podagricis. aloe ʒ VI, agarrici ʒ ϛ, croci ϛ, costi ʒ I, nardi stachios, squinanti, carpobalsami, cassie ana ʒ I, scamonee ʒ II, epithimi ʒ III, datio moderata gramata II, perfecta gramata III. et ex armeniaco lapide catapotie mirabiliter purgant proprie in artreticis conuenientes et in principiis et declinationibus reumatismo-

1 intubam] hitubam B. 3 ctenea] aenea B. uitantibus] uirtutibus B. 11 fleotomia B. 15 primam] pigram B. 18 adiuuantur] adunatur B. 21 purgat'm B. 28 stachicos B. 31 arteticis B. 32 prin|principiis B.

rum et dimissionibus date. quoniam autem quidam scamoneam quasi cacostomacum fugiunt, dandum eis, et maxime flegmatica materia habundante, hoc. coloquintidis interionis, ellebori nigri, bdellii, gummi, aloe ana ʒ I, nitri alexandrini, euforbii ana ʒ ς, datio gramata 4. ego pro gummi epithimum posui, quidam autem in ipsis paroxismis in omnibus artreticis et ex hermodactilo usi sunt purgatione; sed attendendum, quoniam cacostomachos existens hermodatilos et fetentes et fastidientes operatur. his solum ad ineuitabilia coactis eo utendum; confestim enim et post II ut plurimum dies requiescere facit reumatismum, ita ut consueta possit facere. noui autem quendam non substantiam ipsam hermodactili dantem nec aliquid eorum que ex eo componuntur medicaminum, sed ipsam herbam coquentem cum aliquo consuetorum farmacorum, ut aniso aut selino, elixaturam bibere dabat, et mirabiliter euacuati per uentrem quiescebant a reumatismo. oportet autem, quoniam cacostomachum, ut dixi, posterius eustomachis et cumfortatoriis cum mediocri calefactione corrigere os uentris. his uero que ex hermodactilo id quod diacoronopodiu melius dicit alexander uelud eandem euacuationem et doloris ablationem operans nec cacostomachum esse. localia uero flegmaticis afferantur mediocri quidem existente dolore caulis uiridis cathaplasmatus et selinum et coniza et peristereon rectior, nimis autem eis dolentibus farine fenogreci partes III, herine partem I, farine ex ciceribus partem I, cathaplasmare ex mellicrato aut tenui uino cum pauco ciprino aut nardino, et maxime yeme. et caulium uero radicis et tursorum conbustorum cinis cum axungia cathaplasmata multos adiuuat; sed ad consolandum quidem recentem esse oportet axungiam, ad diafforexin uero faciendam ueterem sallitam; et boum fimus cum farina ordeacea in mellicrato coctus aut secundum se recens humidus cathaplas-

3 interioris B. 7 arteticis B. aten$^{den}$dum B. 9 his] *fort.* in. 19 calefactione] sale factione B. 24 coniza] *corr. ex* conia B. rectior] *corr. ex* rectius B. 26 cathaplare B. 28 maxie B. 32 salliatam B.

matus cum foliis caulis; similiter autem et caprarum spirati secundum se aut cum farina ordeacea ex oxicrato cocti. quoniam autem et per ea, que contraria esse uidentur, quidam adiuti sunt (uariorum enim humorum admixtio agnitionem amputat), dicendum materiam inpermixte. adiuuat igitur agrestis atriplex aut domestica cum pane cathaplasmata aut flomu folia cum bulbis et pane resoluta aut cum alfita aut dia omiliseos cathaplasma. specialiter autem, in quibus incerta causa, facere oportet transmutationem, modo quidem ad similia, modo uero ad contraria, non eisdem inmorantem, non consolantibus scilicet; hoc enim manifesto uidemus in operibus artis fieri, et idem adiutorium hunc quidem articulum adiuuit secundum eandem oram, sed quando et nocuit. et hoc mirabile; multotiens enim unus et idem articulus ab eodem adiutorio nunc quidem adiutus est, paulo uero post et flegmonem adauxit. numquid igitur, dum quidem gluttinosa et pinguis materia obtinet, calidioribus adiuuatur, acri uero et feruente humoris retinente qualitate infrigdantibus consolantur. et neque mirum et natura frigidiorem existentem materiam in tempore flegmonis succendi et feruere, ut admixtionem, si contingat, fellis dimittam. poron uero prohibet consistentiam lupini farina cum oximelle aut oxicrato aut silfiu aut brionie radix cum pane. et hoc eorum, que sine lesione consolantur, est cum diaforesi mediocri. licii, amoniaci thimiamathos ana ʒ I, terens cum uino uetustissimo et oleo unfacino coque et adiunge farine fauatine, quod sufficit, et coquens mediocriter cathaplasma, post paroxismum uero tumore occupante cathaplasmandum bulbis secundum se aut cum alfite pali, usque dum rumpatur; ita enim inoperari nata sunt. non consolati uero cathaplasmatibus, enbroccis et infusionibus utantur secundum locos, et maxime si extremitates fuerint,

---

4 amixtio B. 5 dicendo B. 6 acrestis B. 9 incerta] in cn̄ta B. 10 inmodantem B. 11 manife' B. 15 aiutorio B. 22 porón] dolor B. 24 hec B. 31 conlati B. infuxationibus B.

camemille et melliloti aut centauree elixationibus. quosdam autem et elixatura cappareos nimis adiuuit, non solum ex flegmate patientes, sed et ex felle. quidam autem seruauerunt et hoc. prinoualana teruntur soluta et coquuntur ualde, et elixatura hac extremitates quidem articulorum in principio reumatissmi infunduntur per annum continuum, hii uero spongiis irrigantur, et per hec inpetum materie propulsant. hoc et in colericis conuenit, quemadmodum et in calidam aquam sine aliqua elixatura infuxio. ad dolores uero, qui sunt propter superuenientem frigiditatem et constrictiones articulorum, ualidum est adiutorium hoc. olei ueteris li'. I et ς, nitri alexandrini li'. I, terbentine li'. I, euforbii ʒ I, ireos ʒ II, ptileos farine xesti I et ς. his uero et ea que in ysciacis et aliis finigmis, quidam uero et diacantaridos farmaco. hec autem nocent in posterum, nisi aliquo malacticorum utantur, uelut diastrutiu et pixidi et uasilii et diaelatis et diaegiru et bromio et lisiponio et ualidioribus acoporum; in quo maxime neruorum conpassiones et constrictiones fiunt. ex urina muli in paroxismis superpositum medicamen maxime frigidioribus reumatibus aptum est; similiter autem et dia duo elleborum trociscus et tumidis et relaxatis tumoribus conueniet; pirria quidem ex calefacto sale et aliter ex mari calido cum spongiis asperso irrigatio et sal habentia emplastra et que ex cinere et nitro et his proxima cathaplasmata post statum. dieta uero his siccior conueniet et non superflua, abstinentia aut paruus cibus et lauacrorum frequentium abstinentia; cum autem lauantur, nitris et aliis perfrictionibus utantur. in declinationibus ginnasiis et frictionibus maxime articulorum utantur, lauacris naturalibus et psamissmis et uomitibus ex raphanis et cibis. qui uero ad hoc se habent, ex elleboro albo euacuentur per uomitus aut per inferiorem purgentur.

1 elixationis B. 2 adiuuat B. *Deinde desunt quaedam.* non] no B. 3 sed] ·f· B. 7 irriguntur B. 13 ireos] hereos B. 14 *Post* ysciacis *desunt nonnulla.* 16 dastrutiu B. 17 lisiponio] *corr. ex* lesiponio B. 21 ell'orum B. 22 relaxatis] relatis B.

## CCLVI. DE HIS, QVI SANGVINEO HVMORE REVMATIZANT.

